¶ Tunc ibi Feno iacere. Et poſtq̄ꝫ xp̄s natus eſt ex virgine maria (pertulit). i. paſſus eſt (iacere). i. q̄eſcere (feno). i. in feno. ꝛ (nō abhorruit). i. nō refutauit (p̄ſepe). i. ſtabulum ꝛ ſpᶜ chriſtꝰ (paſtus eſt). i. nutritus (paruo lacte). virginis marie (per quē) ſpᶜ xp̄m (nec) pro ꝛ nō (et ales). i. nutrix. ſ. maria a qua xp̄s nutriebatur (nō eſurit). i. no paſſa eſt famem q2 matres lactantes pueros magis eſuriunt ꝛ ſitiunt aliis hominibꝫ ſed maria xp̄m lactabat. et chriſtꝰ ipſaꝫ regebat. iō non plus ſitiuit nec eſuriuit. ¶ Tunc ibi Gaudet chorus. Et q̄a xp̄s natus eſt (chorus). i. ſocietas (celeſtiuꝫ) ſpirituū (gaudet). i. letatur (et angeli). i. throni ꝛ dominatōnes principatus et poteſtates et de ceterꝫ (canūt). i. cantāt (deo) glorioſo (qꝫ) ꝑ ꝛ (paſtor et creator. omniū) rerum (fit palam). i. manifeſtat̄ (paſtoribꝫ) iuxta turrim abnam. ad quem locum paſtores ſicut ꝛ mō ꝑ cōſuetudine habebāt vigilare ſuper greges ſuos. ꝛ erat ibi planicies terre apta paſtoribꝫ illius regionis ad ſeruandū ibi vigilias noctis ſuꝑ greges eoꝝ.

Feno iacere pertulit. preſepe non abhorruit: paruoqꝫ lacte paſtus eſt. per quem nec ales eſurit

Gaudet chorus celeſtium. ꝛ angeli canunt deo. palamqꝫ fit paſtoribꝫ paſtor creator omnium

Uncium vobis fero de ſupernis natus eſt xp̄s dominator orbis in betbleem iude. ſic enī propheta dixerat ante Hunc canit letus chorus angelorum ſtella declarat veniunt eoꝝ principes dignum celebrare cultum miſtica dona.

Uncium vobis Materia huius hymni eſt preparatio gaudij de natiuitate xp̄i redemptoris noſtri. ꝛ gaudium annunciatū eſt nobis ꝑ angelum apparentē paſtoribus ꝛ in via dicentē. Annuncio vobis gaudium magnū ꝛc. Cuius natiuitatis ſigna ꝛ miracula ſequuta ſunt. ſcꝫ ſtella q̄ apparuit magis xp̄m q̄rentibꝫ. In cuiꝰ natiuitate herodes ꝛ q̄libꝫ malus ꝯfunditur. Et doctrina tp̄is p̄teriti ceſſauit. ſ. ydolatria ꝛ ſacrificia vana Et vox angeli loq̄ntis (fero). i. porto (vobis de ſuꝑnis nūciū). i. q (xp̄s dominator orbis natus in bethleem iude). i. in illa ciuitate. que forte accidit tribui iude (enī). ꝑ quia (ꝓpheta dixerat ſic ante). i. prius

Tūc ibi Hunc canit (Chorus angeloꝝ) exiſtens (letus canit hūc) ſpᶜ xp̄m (ſtella) q̄ duxit magos (declarat). i. manifeſtat hūc. ꝛ (eoꝝ p̄ncipes). i. orientales reges (veniūt celebrare dignū cultū. ꝛ ſᶜ offerre. miſtica dona

☞ Tunc ibi. Thus deo. Iſti tres reges (meminere) .i. cogitauerūt (dare) .i. offerre (deo munera) .i. dona ſcʒ (aurū thus et mirram) ⁊ meminere deo offerre (trocleten) .i. arborē rotundā . q̄ eſt arbor ſic dicta a loco in quo naſcitur. ⁊ habet aoreū colorem. ⁊ declinatur ntō hec trocleris. gtō huius trocletis (humando) .i. ad humandū ⁊ ſepeliendū . quia mortalis erat. et meminere offerre (regi decenti) .i. xp̄o regi regū (bracteas criſeas) .i. ianua aurea. q̄a criſis grece eſt idem quod aurum latine (dum colūt) .i. venerant (vnum) deū et meminere dare (terna) munera (trino) .i. trinitati. qꝛ vnum ſunt pater filius ⁊ ſpūſſanctus Tunc ibi Gloriā trine monadi Et ergo nos xp̄iani (canamus) .i. perſoluamus (trine monadi) .i. trine vnitati (cum deo) patre (gloriam) .i. carmē leticie. et canam⁹ (diue genite proli) .i. filio dei gloriam. et canamus (ſancto flamini) .i. ſpiritui ſancto (fuſo) id ē p̄cedenti (ab vtroq̄ʒ) .i. a patre et filio (fideli corde) .i. ſincera intentione

Thus deo mirram trocleten humando bracteas regi criſeas. dum colunt vnum meminere trino tres dare terna. Gloriam trine monadi canamus cum deo . diue geniteq̄ʒ proli. flaminiq̄ʒ ſancto ab vtroq̄ʒ fuſo corde fideli. Amen

h Oſtis herodes impie chriſtū venire quid times. non eripit mortalia qui regna dat celeſtia

Ibant magi (quam viderant) ſtellam ſequentes preuiam . lumen requirunt lumine. deum fatentur munere.

Hoſtis herodis impie Materia huius hymni eſt ꝯclamatio quā facimus ꝯtra herodem quia audita xp̄i natiuitate amittere regnū timuit . ideo multos pueros interfecit eſtimans ſe etiam xp̄m interficere Intentio autoris eſt tractare de tribus miraculis magnis que in die epiphanie facta ſunt. ſcʒ de trium magorum apparitōe ꝑ ſtellam . de aque in vinum tranſmutatōne. ⁊ de xp̄i baptiſmo in iordane. ⁊ etiā de pueris ꝑ herodem interfectis. Et nota ꝙ hymnus iſte ꝯtinuatur ſuperiori ita. qꝛ dixi ꝙ xp̄s nat⁹ eſt. et paſſus eſt iacere in feno. vnde herodes de natiuitate eius turbatus occidit multos pueros timens ne regnum ſuum amitteret. ſed ſtulte fecit. quia ille qui eſt rex regū ⁊ dominus dominantium nō venit vt ei regnum auferret. ſed vt totum munduʒ tantis criminibꝫ inuolutū a peccatis. liberaret. ⁊ hoc eſt qđ dicit (O impie hoſtis herodes q̄d) .i. cur (times xp̄m venire) quia ipſe (nō eripit mortalia) regna (qui dat celeſtia regna Tunc ibi Ibant magi (Magi) .i. reges (ibant) q̄ſitum xp̄m ⁊ adorare eū (ſeq̄ntes ſtellā p̄uiā) .i. p̄cedentē (quā viderāt. ⁊ req̄rūt lumē) .i. xp̄m (luīe) .i. cū ſtella (⁊ fatent̄ deū munere) .ſ. auro thure ⁊ mirra

¶ Tunc ibi Lauacri puri (Celeſtis agnus).i. xp̄s (attigit).i.ſuſcepit (lauacra).i.baptiſmuꝫ (puri gurgitis) ſcilꝫ iordanis (⁊ ſuſtulit) id eſt abſtulit a nob (abluendo nos ꝑ baptiſmū (pctā).i.crimia (q̄) peccata (nō detulit).i.ſecū nō portauit.qꝛ ipe mundus erat ab om̄i peccato tam actuali ꝙ̄ originali ¶ Tūc ibi (Nouum genus).i.inauditum opus (potentie) ſcꝫ miraculoꝝ.qꝛ (aque infuſe ydrie rubeſcunt).i. flaueſcūt.ꝙ̄ ꝑ et (⁊ vnda).i.aqua infuſa ydrie (iuſſa).i.precepta (fundere).i.effundere (vinū mutauit originē).i.naturam ſuā.quia ad verbum domini aqua facta eſt vinum

Lauacra puri gurgitis celeſtis agnꝰ attigit.peccata que nō detulit nos abluendo ſuſtulit
Nouum genus potentie aque rubeſcunt ydrie.vinūqꝫ iuſſa fundere mutauit vnda originem

Ue maris ſtella dei mater alma atqꝫ ſemper virgo felix celi porta Sumens illud aue gabrielis ore.funda nos in pace mutās nomen eue. Solue vincla reis ꝓfer lumen cecis.mala noſtra pelle bona cuncta poſce

Ue maris ſtella. Materia huius hymni eſt de ſalutatiōe beate ꝟgini facta ab angelo ſic dicēte. Aue gratia plena dominus tecū bn̄dicta tu in mulieribꝰ Et cum ipa reſpōdiſſꝫ ecce ancilla domini fiat mihi ſꝫm verbū tuū.tūc virtute altiſſimi obumbrata eſt ⁊ ſolo ꝟbo concepit filium.qui eſt xp̄s dn̄s noſter. Intendit etiā autor ipſam beatā virginem mariam inuocare.vt ipa nomen eue ꝑ quam mors intrauit mutet.⁊ vt ſoluat vincula peccatoꝝ noſtroꝝ.⁊ preſtet nobis vitam eternā et vt nos a peccatis abſolutos mites faciat ⁊ caſtos. Hinc etiā laudare nos hortatur ⁊ glorificare hunc diem.ꝓpter hoc ꝙ euaſimus de dominio dyaboli ꝑ ipſam.⁊ venimus ꝑ fidem ⁊ grām dei ad regna celoꝝ. Et innuit hoc ꝑ ſimile faciendo iſtam ꝯparationem ſicut em̄ ſtella maris preſtat ducatū ipſis nautis.vt veniant ad portū.ita ꝑ ducatū virgis marie veniemus ad portum.i.ad xp̄m.⁊ hoc eſt quod dīt (O ſtella maris) id eſt mūdi (aue).i.ſalue (o alma mater).i.ſcā genitrix (dei) ⁊ hominis (atqꝫ) pro ⁊ manens (ſemꝑ virgo) ſcꝫ ante ꝑtum.in partu.⁊ poſt ꝑtuꝫ. et (o felix porta).i.ſancta ianua (celi).i.paradiſi (aue).i.ſalue ¶ Tūc ibi. Sumens illud. Et qꝛ tu (ſumens illud aue).i.illā ſalutationem angelicā.que fertur ab (ore gabrielis) illius angeli ſic dicti (funda).i.confirma (nos in pace).i.in eterna beatitudine.tu dico (mutās nomen eue) in aue.i.maledictionē eue in tuā benedictōem ¶ Tūc ibi Solue vincla. Et qꝛ tu virgo dicta es ſtella marꝫ.⁊ quia mutaſti nomen eue.i.ma

ledictionē eue deleuiſti. ⁊ impetraſti nobis benedictionē. ⁊ ꝓfudiſti moꝛ tem tribuens nobis vitam ꝑpetuā. ideo (ſolue vincula). i. ligamia pec catoꝝ (reis). i. peccatoꝛibꝫ (pꝛofer). i. tribue (lumen cecis). i. infidelibꝰ et (pelle). i. remoue a nobꝭ (mala noſtra) id eſt ꝑcā noſtra. ⁊ (poſce) id ē poſtula a filio tuo (cuncta bona) ¶ Tunc ibi. Monſtra te. O ma ria (mōſtra). i. oñde (te eſſe matrem) ſcꝫ placan do filium tuum. ⁊ filius tuus (ſumat pꝛeces). i. depcationes noſtras (ꝑ te. qui) filius (natus ex te) virgine maria (ꝓ no bis) miſeris peccatoꝛi bus (tulit) id ē ſuſtinuit (eſſe tuus) filius ¶ Tunc ibi. Virgo ſingularis. Et qꝛ ſuſti nuit eſſe filius tuus. idō (o virgo ſingularis) q̄a nulla eſt tibi ſimilis. q̄a fuiſti virgo ante ꝑtum. virgo in partu. et virgo poſt ꝑtum (mitis inter omnes) alias mulieres et o virgo caſtitatꝭ ma ter (fac nos ſolutos) ſcꝫ a culpis. ⁊ fac nos (mi tes). i. manſuetos (⁊ ca ſtos) ſcꝫ in coꝛpoꝛe ⁊ in anima ſimul.

**Monſtra te eſſe matrē. ſumat per te pꝛecem. qui pꝛo nobis natus tulit eē tuus. Virgo ſingularis inter om nes mitis nos culpis ſolutos mites fac et caſtos. Vitam pꝛeſta purā. iter para tutū. vt videntes iheſū ſem per colletemur. Sit laus deo pa tri. ſummo xp̄o decus. ſpiritui ſancto trinus honoꝛ ⁊ vnus. Amen**

**Q uem terra pontus ethera co lunt adoꝛant pꝛedicant trinā regentem machinam clauſtrum ma rie baiulat**

¶ Tunc ibi. Vitam pꝛeſta. Et qꝛ es mater caſtitatis ⁊ ſuauita tis o virgo (pꝛeſta). i. dona (vitam puram) nobꝭ. ⁊ (para). i. tribue (iter tutum). i. viam ſecurā (vt nos videntes ihm) filium tuū (colletemur) id eſt ſimul gaudeamus (ſemꝑ). i. in pꝛeſenti ei laudes ꝑſoluentes. ⁊ in futuro cum plenius cognoſcentes gaudeamus ⁊ exultemus cū dn̄o no ſtro filio tuo ¶ Tūc ibi. Sit laus. Et qꝛ deſcendit dn̄s deus noſ ter in vterum virginis. idō (laus). i. gl'ia (ſit deo patri. ⁊ decus). i. reue rentia ſit (ſummo xp̄o). i. excelſo filio dei. ⁊ (ſpiritui ſancto ſit honoꝛ tri nus) in ꝑſonis (⁊ vnus) in eſſentia Amen

Quem terra. Metrum in hoc hymno eſt idē quod in illo hymno Nocte ſurgentes. Intentio huius hymni eſt. q̄ autoꝛ vult oſtēde re hoc (quod ꝓphete de xp̄o nunciauerūt) in genitrice dei maria eſſe com pletum. oñdit ſimiliter q̄liter clauſtrum marie baiulauit xp̄m. Et no ta q̄ deus fecit hoiem de limo terre ⁊ poſuit eum ī paradiſo voluptatꝭ et ꝓhibuit ei ne comederet de ligno vite, qđ erat in medio paradiſi. ſꝫ dy abolo ſuadente eue. ⁊ eua poſtmodū ſilr ſuadente ade ambo comedens

tes de ligno vetito dyabolo placentes mortaliter peccauerūt. ⁊ poſt peccatum tante tranſgreſſionis de ꝑadiſo terreſtri a dn̄o eiecti ſe nudos eē cognouerūt. Uidens ergo deus ꝙ aliter non poſſet redimere genus humanū niſi ꝑ feminā. vnde ⁊ in vterum virginis deſcendit humanū corpus aſſumens. ⁊ ita ſumus redempti ⁊ a peccato liberati ꝑ feminā. vnde ⁊ ipſi grates reddere tenemur: Dictū eſt etiā ſupra. ꝙ maria ſtella maris eſt, mater dei. ⁊ quez celum ⁊ terra capere nō poterant in gremio ſuo portabat ¶ Cōſtrue (clauſtrū). i. venter beate virginis (marie baiulat). i. portat illum deuz (regentē). i. gubernantē (trinam machinam) mūdi ſcz celū terrā ⁊ mare. vel trinam machinaz anime. ſcz ꝯcupiſcibilitatem. rationabilitatem ⁊ ſenſualitatē (quez) deuz (terra). i. boni homines (pontus): i. mali hoīes (ethera). i. celeſtes creature (colunt). i. honorāt (adorant). i. ꝯmendāt (predicāt). i. publicant

Cui luna ſol ⁊ omnia deſeruiunt per tempora perfuſa celi gratia geſtāt puelle viſcera.

Beata mater munere. cuius supernꝰ artifex mundum pugillo continens ventris ſub archa clauſus eſt

Beata celi nuncio fecūda ſancto ſpiritu deſideratus gentibus. cuius per aluū fuſus eſt

Glorioſa domina excelſa ſuper ſidera. qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere

ſiue denunciāt ¶ Tunc ibi Cui luna. Dico ꝙ celū. i. celeſtes creature. terra. i. terreni. ⁊ oīa ſiue celeſtia ſiue terreſtria laudant ⁊ adorāt illum quē celum ⁊ terra capere non poterant. ⁊ vere qꝛ (viſcera puelle). ſ. virginis marie (ꝑfuſa). i. repleta (gratia celi). i. de rore celeſti (geſtant) id eſt portāt sᶜ xp̄m deum (cui) xpo (luna). i. variatio lune (ſol) in curſu ſuo (⁊ oīa) entia (deſeruiunt). i. famulant (ꝑ tp̄a). i. temporaliter.

¶ Tunc ibi Beata mater. Et qꝛ portauit xp̄m poſſumus dicere ꝙ eſt (btā mater munere). i. dono filij (ſub cuius) matris (archa ventris) id eſt vteri (ſupnus artifex). i. ſummus creator (ꝯtinens mundū) vniuerſum (pugillo). i. ſub ſua poteſtate (clauſus eſt). i. portatꝰ ¶ Tūc ibi Beata celi. Et qꝛ ſupnus artifex clauſus eſt ſub archa ventris virginis marie poſſumus bn̄ dicere. ꝙ virgo maria ſit (beata). i. ſancta) nūcio celi). i. angelica ſalutatione. ⁊ eſt (fecunda). i. impregnata (ſcō ſpiritu (ꝑ cuius) sᶜ virginis (aluum). i. vterū (fuſus eſt). i. natus eſt ille q̄ fuit (deſideratus) a cunctis (gentibꝫ) id eſt populis

Glorioſa dn̄a. Materia huius hymni eſt. ꝙ maria peperit ſaluatorē. Et qꝛ deus contulit ei tantam grām ꝙ ſaluatorē pareret. ⁊c̄. facit autor apoſtrophā. i. conuerſationē ad deū. ⁊ qꝛ deus cōtulit ei tan

tam grãm ꝙ peperit ſaluatorem.conuertit ſermonẽ ſuũ ad ipſam oſten dendo eam eſſe glorioſam dicens (O glorioſa domina).i.o ſponſa dñi noſtri (excelſa) id eſt eleuata (ſup ſidera).i.ſuper omnes celos. tu (lactaſti ſacro vbere) id eſt ex ſcõ pectore illũ (qui te creauit prouide).i.ſua eter na prouidentia ¶ Tunc ibi. Qd eua (Tu reddis).i.reſtituis (almo germine).i.p ſcm filium tuũ s[c] illud.i.paradiſum (quod eua) ex ñs (triſtis) id eſt doloroſa (abſtulit) a nobis (et es facta feneſtra celi).i. xpi (vt flebiles) id eſt homines deflẽtes pctã ſua (itrent aſtra).i.celos

Tunc ibi. Tu regis. Dico ꝙ homĩes deflentes peccata ſua intrẽt celos.ꝛ vere quia tu facta es (ianua).i.oſtium (alti regis).i.xpi.ꝛ tu facta (fulgida porta).i. ſplendida ianua (lucis).i.xpi qui eſt vera lux que illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. et o (gentes redempte) ſcꝫ a criſto (plaudite).i. gaudete (vitam datam eſſe per virginẽ) mariaꝫ

Quod eua triſtis abſtulit tu reddis almo germine. intrent vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es.

Tu regis alti ianua. tu porta lucꝭ fulgida. vitam datam per virginem gentes redempte plaudite

¶ Quod chorus vatum venerãdus olim ſpirituſancto cecinit repletus in dei factuꝫ genitrice cõſtat eſſe maria. Hec deum celi dominumqꝫ terre virgo concepit peperitqꝫ virgo. atqꝫ poſt partũ meruit manere inuiolata

Quod chorus vatum. In hoc hymno agit autor de natiuitate xpi et qliter debet eſſe ꝯpletum in maria quod ꝓphete pdixerunt. quia maria cõcepit ꝛ peperit filium. ꝛ ſymeon gauiſus ſuſcepit eum in templo. Dicimus ergo ꝙ ꝓphete ſenſerunt de aduentu ꝛ natiuitate chriſti. Dicit em̃ Eſaias In medio duũ aialiũ cognoſceris.i.inter bouẽ ꝛ aſinum. ꝛ alibi. Egredietur virga de radice yeſſe. ꝛ Abbacuc ſentiẽs de xpi aduentu ſil'r ait. In medio duum animaliũ ꝛc. Et multi alij ꝓphete annunciauerũt ꝛ ꝓphetauerunt de xpo. hoc totum cõplerũ eſt in maria. qꝛ xps conceptus. natus. baptiſatus. crucifixus. ꝛ in templo pñtatus. ꝛ a iuſto ſymeone ꝛ ab anna vidua ſuſceptus eſt. Vñ a perſonis illis q̃ dño obuiauerunt iſtud feſtũ (in quo iſte hymnus cantatur) hypapanti dm̃ dr id eſt obuiatio dm̃. ¶ Cõſtrue. s[c] illud (ꝯſtat eſſe factũ).i.impletuꝫ (in maria genitrice dei).i.matre xpi (qd venerandus chorus).i.honorabilis ꝯgregatio (vatũ).i.ꝓphetaꝝ (repletus).i.plenus (ſpiritu ſcõ cecinit).i.ꝓphetauit (olim).i.dudũ ¶ Tunc ibi. Hec deuꝫ celi. ꝛc. Et vere conſtat eſſe factũ qd prophete cecinerũt. qꝛ beata virgo ꝯcepit do

minū) id eſt chriſtū deum celi ⁊ terre (et virgo) ſcꝫ maria (peperit illum quem geſſit) id eſt portauit (atq;) pro et (meruit) ſupple dicta virgo maria (inuiolata manere) id eſt manſit incorrupta poſt partum ☞ Tūc ibi (Quem ſenex. Quem) id eſt chriſtum (ſymeon iuſtus ⁊ ſenex) id ē annoſus ſymeon ſacerdos (ſumpſit) id eſt ſuſcepit (in vlnis) id eſt in brachijs ſuis (in domo) id eſt ī templo (domini) s[c] ſymeon eſt (gauiſus) id eſt letat⁹ (videre) .i. aſpicere (xp̄m ſuo ꝓprio lumie) .i. ꝓprijs oculis (qđ optauit) id eſt deſiderauit per multa tempora.

Quem ſenex iuſtus ſymeon in vlnis
in domo ſumpſit domini gauiſ⁹ hoc
quod optauit videre proprio lumine
chriſtum. Tu libens votis petimus
precantum regis eterni genitrix faue
to claraq; celſi renitens olimphi reg/
na petiſti. Sit deo noſtro decus ⁊ po
teſtas ſit ſalus perpes ſit honor per/
hennis. qui poli ſumma reſidet in ar
ce trinus et vnus Amen

Quaꝫ glorifica lucet choruſcās
ſtirpis dauidice regia ꝓles ſub
limis reſidēs virgo maria ſupra celi/
genas etheris omnes

☞ Tūc ibi (Tu libens votis) O tu (genitrix) id eſt mater (eterni regis) ſcꝫ chriſti qui caret principio ⁊ fine te (petimus faueto) id eſt ꝯcede (votis precantuꝫ) id eſt precibus famulorum (libens) id eſt libenter (⁊ tu renitens) id eſt ſplendens (petiſti) .p. accepiſti (clara regna olimpi celſi) id eſt alta celi ☞ Tūc ibi (Sit deo) dec⁹ ⁊ poteſtas (ſit deo noſtro perpes ſalus) id eſt perpetua gloria (⁊ perhēnis honor ſit) deo noſtro (qui) ſcꝫ deus (reſidet in ſumma arce poli) id eſt in altitudine celi (trinus) in pſonis (et vnus) in ſubſtantia

Quā glorifica) Hoc metrum eſt tetrametrū. Sunt aūt hic quatuor verſus. ⁊ in vno quoq; eoꝝ ſunt quatuor pedes. quoꝝ primus eſt ſpondeus. ſecūdus iambus. tercius dactilus. quartus eſt ſpondeus ſiue trocheus Materia huius hymni eſt duplex ꝯmendatio ipſius marie. tam a progenie q̄ȝ a meritis Commendatio a progenie eſt. quia ipſa eſt de regia ſtirpe. ſcꝫ de ſtirpe dauid. Cōmendatio aūt a meritis eſt quia ipſa peperit chriſtum ſaluatorem noſtrum. Cantatur autem hymnus iſte in tranſitu ſiue obitu beate marie virginis. qualiter ſcꝫ trāſiuit de hoc mūdo ad regnū celoꝝ an ſolum emittendo ſpiritū vel vtrum aſſumpta fuit cum corpore. de quo dubium eſt. ſed tamen meli⁹ eſt vt credamus eam aſſumptam eſſe a patre cum corpore. O regia proles ſtirpis dauidice. o maria que es ramus ipſius dauid. Ipſe enim fuit

quercus a qua rami procedunt. ꝛ tu es ramus ſtirps ꝛ proles qui tenni ni ponuntur pro eodem ſed non idem ſignificant. Eſt eñ proles qd̄ ali unde habet initiū. Stirps idē eſt ꝙ truncus a quo ramus velut a patre filiꝰ ꝓcedit. O (q̄ꝫ) id ē quantū (glorifica luce) id ē glorioſa (choruſcās) id eſt ſplendida parens. o maria tu dico (ſublimis) id eſt ſtans in ſubli mi. ſcꝫ ī celo (tu reſidēs) id eſt ſedēs ſuper omnes angelos (etheris celige nas) id eſt genitas in ce lo. quia in celo fuerūt cre ati angeli a deo

Tu cum virginco mater honore an gelorum domino pectoris aulam ſa cris viſceribus caſta paraſti. natus hinc deus eſt corpore chriſtus. Quē cunctus venerans orbis adorat. cui genu flectitur omne. a te petimus ſub uenient abiectis tenebris gaudia lu cis. Hoc largire pater luminis om nis natū per proprium flamine ſacro qui tecum nitida viuit in ethera reg nans ac moderans ſecula cuncta

☞ Tunc ibi (Tu cū virginco) O maria ſe exiſtens (mater cum vir ginco honore) id eſt ꝑma nens ꝟgo (caſta paraſti aulam pectoris) id eſt pe ctus tuum (domio ange lorum) ꝛ ideo (hinc) id eſt ex illis (viſceribus ſa cris natus eſt chriſtꝰ de us) id eſt dignatus ē na ſci) corpore) id ē quātū ad corpꝰ. quia humani tatem ſumpſit a te.

☞ Tūc ibi (Quēz cūctis (Quem venerās orbis adorat) id eſt quē omnes homines venerā tur (cui) id ē ad cuiꝰ ho norem (omne genu flecti tur) id eſt om̄es homies flectunt genua. a quo ſcꝫ chriſto nos (petimus gaudia lucis) ſcilꝫ eterne (te ſubueniente) id eſt auxiliāte (abiectis tenebris) id ē peccatis remo tis a nobis ☞ Tūc ibi (Hoc largire) Superius fecit autor preces ad beatam mariam virginem. ſed hic facit preces ad deum patrē vt ip ſe dignetur nobis dare que promiſſa ſunt dicens. O (pater lumīs om nis) id ē origo ꝛ factor totius claritatis (largire). i. donare nobis (hec) ſcꝫ gaudia lucis. ꝛ largire inquam hoc (per proprium natum) id ē amo re filij tui. ꝛ (ſacro flamine) id eſt amore ſpiritusſancti (qui ſupple filius tuus (viuit tecum in nitida) id ē munda (ethera) id eſt in celo (regnās) id eſt gubernans (ac moderans ſecula cuncta) id ē omnes gentes in hoc ſeculo exiſtentes

Artyris ecce dies agathe vir ginis emicat eximie. q̄ chriſtꝰ eā ſociat et dyadema duplex eam decorat

Artyris ecce dies) Hunc hymnuz Prudentius in honore ſan cte agate compoſuit. in quo laudat deum qui tantam cōſtantiā ꝯtulit virgini agathe ꝛc ¶ Conſtrue (Ecce) id eſt videte (dies

Stirpe decens elegans ſpecie. ſꝫ ma
gis actibus atqꝫ fide terrea proſpera
nil reputās. iuſſa dei ſibi corde ligans

Fortior hec trucibuſqꝫ viris expo
ſuit ſua membra flagris pectore. q̄ꝫ fu
it valido. torta mamilla hoc docet pa
tulo

Delicie cui carcer erat paſtor ouē
petrus hanc recreat. inde gauiſa ma
giſqꝫ flagrans cuncta flagella cucur
rit ouans

Ethnica turba rogum fugiens hu
ius et ipſa meretur opem. quos fidei
titulus decorat his venerem magis
quos premat

agathe martyris eximie) id eſt magne virginis (emicat). i. valde ſplen
det (qua) ſcꝫ die (chriſtus ſociat) id eſt ꝯiungit eaꝫ ſibi (ꝛ dyadema) id
eſt duplex corona. ſcꝫ martyrij ꝛ caſtitatis (decorat) id ē honorat eam

☞ Tunc ibi (Stirpe decens (decens) id eſt nobiles (ſtirpe) ſupple
fuit progenie (elegans ſpecie) id pulcra facie (ſed magis) sc eſt pulcra
(actib9 atqꝫ fide) id eſt
bonis operib9 fidei (atqꝫ
pro ꝛ (nil reputans) .i.
eſtimans (proſpera ter-
rea) id eſt terrenoꝝ proſ
peritatem. ꝛ (ligans) id
eſt retinēs (ſibi corde) id
eſt in mēte (iuſſa dei) id
eſt precepta dei

☞ Tūc ibi (Fortior
hec (Hec. ſ. agatha) for
tior viris trucib9). i. cru
delib9 (expoſuit ſua mē-
bra) id ē dedit (flagris)
id eſt verberib9 ꝛ flagel-
lis (mamilla torta) ſcꝫ a
tortorib9 vexata (docet)
id eſt manifeſtat (patu-
lo) id eſt aperte (q̄ꝫ) id ē
quātū ipſa agatha (fuit
valido pectore) id ē for-
ti mente et corpore

☞ Tunc ibi (Delicie
cui (cui) ſcꝫ agathe (car-
cer erat delicie) id eſt ꝓ
delicijs vel loco deliciaꝝ
(paſtor petrus ouem) id
eſt agathā (recreat) id
eſt ꝯſolat. ꝛ (inde gauiſa) id eſt letata (ꝛ magis flagrans) id eſt ardens
in amore dei (cucurrit) id eſt libenter ſuſtinuit (cuncta flagella) id eſt tor
menta (ouans) id eſt gaudens

☞ Tunc ibi (Ethnica turba rogum (Ethnica turba) id eſt gen-
tilis vel pagana que iuxta montē ethnam habitauit (fugiens rogum)
id ē combuſtionē. quia mons ethna ſemper ardet. ſupple illa turba (me
retur opem) id eſt auxilium ipſius agathe. vt ergo deus (magis premat
id eſt reſtringat (venerem) id eſt luxuriam (his) id eſt illis hominib9 ibi
dem habitantibus (quos) ſupple homines (titulus) id eſt honor vel ſi-
gnum fidei (decorat) id eſt honorat. Et nota ꝙ quodā tempore mons
ethna cepit tantū ardere vt multum periclitauit ciuitatē cathaginenſiū
et ideo pagani venerūt ad ſepulcrū ſancte agathe ꝛ acceperūt velū in
quo erat inuoluta ꝛ ꝓiecerunt in ignem. ꝛ ſtatim ignis extinctus eſt

☞ Tũc ibi (Jam renitens) Tu qui es ſtella (renitens) id eſt ſplen-
dens (polo) id eſt in celo (quaſi ſponſa) ſcꝫ chriſti (ſupplica) id eſt aduo-
ca (domino pro miſeris) id eſt pro peccatoribus (vt faciat coli) id eſt ce-
lebrari (ſua feſta) id eſt ſuas ſolennitates (vt faueat) id eſt det auxilium
(celebrantibꝫ ſe) ſcꝫ feſta deuote ☞ Tunc ibi (Gloria cum) Gloria
et laus ſit genito) .i. filio
cuꝫ patre ſpiritui ſacro)
id eſt ſancto (ꝓuide) id ē
etiã vide (qui deꝰ eſt om
nipotens faciat hãc) .ſ.
agatã (memorē noſtri)
id eſt ꝙ agata ſit memor
illis qui habent memori
am ſui Amen

Jam renitens quaſi ſponſa polo pro
miſeris ſupplica domino ſic ſua feſta
coli faciat ſe celebrantibus vt faueat
Gloria cum patri ſit genito ſpiritui
prouide ſacro. qui deus vnus eſt om
nipotens hanc noſtri faciat memo-
rem Amen

Chriſte ſanctorum decus atqꝫ
virtus. vita ⁊ forma via lux et
autor ſupplicum vota pariterqꝫ hym
num ſuſcipe clemens

Qui tuum dudum benedictum ad te
attrahens mire ſegregaſti mundo. vt
probra mundi reprobare diſcens te
ſequentur

Cuius deuotum animum pueri gra
tia preſtans fidei valere qua valens
mira precibus peregit mente fideli

(C)hriſte ſanctorum)
In h̄ hymno agit
autor de vita ⁊ habitu
ſancti benedicti. ⁊ de mi
raculis eius. ſcꝫ de capi
ſterio fracto in puericia
ſua ⁊ iterũ ſanato ⁊c̄. In
tendit etiam rogare deũ
vt noſtra vota benigne
ſuſcipiat et noſtra pecca
ta expellat. ⁊ fauorem ſu
um tribuat ⁊ gratiã ſuã
ꝯcedat meritis ſancti be
nedicti. O tu (chriſte de
cus) id eſt honor (ſancto
rum atqꝫ) ꝓ et sᶜ qui eſt
(virtus) qꝛ ꝑ te virtuo-
ſi ſunt (⁊ vita) quia ꝑ te
viuũt (⁊ forma) qꝛ te imi
tari debent. vnde dixiſti
Ego ſum via veritas ⁊
vita. (via) quia per te
eunt ad patrem (lux) qꝛ
per te illuminanꝰ (⁊ au-
tor) qꝛ es dominus ſanctitatis. ⁊ tu qui es talis ſcꝫ ita (clemens) id eſt
pius vel miſericors (ſuſcipe) id eſt accipe (vota ſupplicum) id eſt preces
ſupplicantium. ⁊ (pariter hymnum) id eſt canticũ laudis ☞ Tũc ibi
(Qui tuũ o tu (qui attrahēs) sᶜ fuiſti (dudũ) .i. olim (tuũ benedictũ ad
te. ſegregaſti mire) id ē mirabiliter (mũdo) .i. a mũdo. ⁊ hoc ideo (vt di-
ſcēs reprobare) .i. ſpernere (probra mũdi) .i. peccata (⁊ ſequenꝰ te) qꝛ di
xiſti qui ſequiꝰ me nō ambulat in tenebris ſed habebit lucem vite
☞ Tunc ibi (Cuius deuotũ animũ) deuotũ animũ) id eſt religioſum

(cuius pueri).i.benedicti(grā fidei)ſupple xp̄iāne.de qua plen⁹ erat ſanctus benedictus(preſtans valere).i.poſſe(qua)gratia fidei ſpᵉ benedictus(valens peregit mira).i.miracula(precibus).i.orōnibus(mēte fideli).i.cum firma ſpe.vt in libro dyalogoꝝ poteſt inueniri. ☞ Tunc ibi. Dehinc extendēs(Dehinc).i.deinde ſpᵉ benedictus(extēdens pedē).i.viā(in remotis locis)ſcꝫ in heremo(malēs).i.malis volens(artus)id eſt mēbra(iuuenilis corporis cruciari).i.puniri et quare quia ipſe erat.(ardens) id eſt feruens (caſto amore).ſ.dei(ſcādens) id eſt aſcendens.(ardua)id eſt ad excelſa qr quotidie ambulabat de virtute in virtutē ſꝑ altiora petendo ¶ Tūc ibi Gloriam patri ⁊c̄. Omnes reſonemus) id eſt perſoluam⁹( gloriā) id eſt laudem(patri)et o (alme ſpiritus).i.o ſancte ſpūs qui es(compar) id eſt equalis(vtriuſqꝫ) ſcꝫ patris et filij exiſtens (vn⁹ deus)cū eis(omni tempore ſeculi).i.in eternum(reſonemus tibi gloriam).i.laudē. ¶ Tūc ibi Imbuit poſthinc. ⁊c̄. ſpᵉ benedictus (imbuit).i.docuit vł repleuit(poſthinc).i. deinde(beatos homines) id eſt bonos homines (artis regulis)id eſt ſtrictis obſeruantijs(retundi)id eſt refrenari(animos) ſuꝑbos ⁊ docuit(ſubdere colla)mentis(ſemꝑ iugo)id eſt precepto (domini polorum) celorum ¶ Tunc ibi. Ex quibus ⁊c̄.(Ex quibus) ſupple ſanctis hominibus ſanctus(maur⁹)fuit(ſedulus) id eſt aſſiduus miniſter)ſcꝫ ſancti benedicti(obſequens)id eſt obediens(patri) ſcꝫ benedicto(traxit puerum)ſcꝫ ſubmerſum.puerum dico (retractum) id eſt attractum(gurgite fontis)leuatum.i.eleuatuꝫ(latice)id eſt ex aqua equoris Tunc ibi Huius o chriſte(O chriſte precamur) id eſt nos rogamus(meritis)id eſt per merita(huius)ſcꝫ ſancti benedicti (vt arceas) id eſt repellas a nobis(iram) id eſt iracundiam.et (tribuas fauorem)id

Dehinc extendens pedem in remotis ardua ſcandens. cruciari malens corporis artus iuuenilis ardens amore caſto. Gloriam patri reſonemus omnes. et tibi compar vtriuſqꝫ ſemꝑ ſpiritus alme vnus deus omni tempore ſeculi

Imbuit poſthinc homies beatos regulis artis animos retundi. et iugo ſemper domini polorum ſubdere colla. Ex quibus maurus ſedulus miniſter obſequens patri. latice leuatum gurgite fontis puerum retractum. Huius o chriſte meritis precamur vt arceas iram. tribuas fauorem. gratiā preſtās veniāqꝫ nobis mitis ad omnes

eſt auxilium (preſtans gratiam) virtutum (et veniam) peccatorum exi/ſtens (nobis) peccatoribus (mitis) .i. ſuauis reſpiciendo (ad omnes) s[c] homines ☞ Tunc ibi Prebe oramus (O alme deus) exiſtens (rector) id eſt gubernator (oramus) id eſt deprecamur. ⁊ ideo (prebe) id eſt concede nobis (vt fides noſtra reſiſtat vicijs) id eſt peccatis (atq; mini/ſtret) id eſt ſeruiat (ſtudijs virtutū puro pectore .i. mundo corde

Prebe oramus deus alme rector. vt fides noſtra vicijs reſiſtat. atq; vir/tutum miniſtret ſtudijs pectore puro. Gloriam patri reſonemus ⁊c.

Iam chriſte ſol iuſticie noc/tis recedant tenebre. nunc mentis cedat cecitas. virtutum et lux re/deat. Da tempus acceptabile. et peni/tens cor tribue. ne nos vacuos tran/ſeat hoc quod benigne prerogas. Quiddamq; penitētie da ferre licz grā/dium maiori tuo munere. quod dem/ptio ſit criminum Dies venit dies tua in qua reflorent omnia. letemur in hac vt per tuam per hanc reducti gratiam

Iam xp̄e In hoc hymno rogat autor deum vt in hoc ſacro tempore tri/buat nobis cor penitēs et quos longanimitate pietatis expectat ſua be/nignitate ad ſe conuer/tat. et hoc eſt quod dicit (O criſte ſol iuſticie) id eſt ſplendor pietatis (te/nebre noctis) id eſt pec/cata noſtra (recedāt nūc et cecitas mētis cedat) id eſt recedat (nūc) id eſt in pñti tp̄e (⁊ lux virtutū) id eſt virtutes bonorum operum (redeat) id eſt reuertant.

☞ Tunc ibi. Da tempus. O chriſte (da tempus acceptabile) .i. congruum ad peniten/tiam. q̇a ante chriſti paſ/ſionez. ſcz in veteri teſta/mento non erat tale tp̄s q2 oculus p oculo ⁊ dens p dente dabat. modo āt nō ē ſic (et tribue (nobis (cor penitēs. ne) p vt nō (vt hoc nō trāſeat) .i. nō p̄tereat (nos) pctōres vacuos) v̄tutib9 (qđ p̄rogas) .i. interpellas apud deū patrē (benigne) .i. miſericordit̄ ¶ Tūc ibi Quiddāq; ⁊c. O xp̄e (da q̇ddā) .i. paululū (pe/nitētie ferre) .i. pati (nobis) pctōrib9 (qđ) .i. ꝓpt̄ quā penitentiā (dēptio) .i. ablutio (criminum) .i. pctōꝝ (ſit licet) p q̄uis (grandiū) .i. magnorum pccōꝝ. et hoc (tuo munere) maiori om̄ibus criminib9 ☞ Tūc ibi Dies venit. Uere debes dare penitētiā. q2 iudicij dies vel paſcalis feſtiuitas venit. q2 nos ſumus in q̄s fines ſeculoꝝ deuenerūt (Dies) ſcz paſcalis (ve/nit) .i. appropinquat (dies dico tua. in q̄) s[c] die (oīa) ſcz mentes hoīm (re/florent) .i. micāt v̄tutib9. ideo (letemur) .i. gaudeamus (in hac) die ſolen/

ni(vt reducti).i.ſicut redempti ſumus(⁊ hanc tuā grām)quia gratis re demiſti nos a dyabolica poteſtate.et ſaluaſti nos a peccatis noſtris. ⁊c.

☞ Tunc ibi Te rerum. Et ideo(o clemens trinitas) in perſonis ⁊ vnitas in eſſentia(vniuerſitas rerum).i.vniuerſa creatura(adoret te. et nos) qui facti ſumus(noui per veniā).i.per tuam gratiam(canamus).i. decantemus(canticum nouum).i.iubilū. Jubilus eñ eſt quod nec mēte concipi.nec voce expmi poteſt ☞ Tunc ibi Preſta beata trinitas. (O beata trinitas)in pſonis(preſta).i.dona(⁊ o ſimplex vnitas)ſcꝫ in eſſentia(concede).i.tribue nobis(vt munera ieiunioꝝ).i.abſtinentiarū noſtraꝝ(ſint fructuoſa).i.fructus bonos ferentia(tuis)ſ pᶜ fidelibꝫ

Te rerum vniuerſitas clemens adoret trinitas. et nos noui per veniam nouum canamus canticum.

Preſta beata trinitas. concede ſimplex vnitas. vt fructuoſa ſint tuis ieiuniorum munera.

Udi benigne ⁊c.

Materia hymni huius eſt ꝯmendatio ieiunij.et hortat nos ieiunare et deo ſeruire.⁊ in h̄ tpe ieiunij in orōnibꝫ plꝰ q̄ꝫ in alijs tpibꝫ inſiſtere debemus. vt in die iudicij vitam habeamꝰ eternam. et hoc eſt qđ dicit. (O benigne cōditor).i. creator omniū rerū(audi preces noſtras cū laudibus).i.cum hymnis preces dico(fuſas).i.effuſas(in hoc ſacro q̄dragenario ieiunio).i.in numero q̄draginta dierū. in quibꝫ digne ieiunare debemus

Audi benigne conditor noſtras preces cum laudibus in hoc ſacro ieiunio fuſas q̄dragenario

Scrutator alme cordium infirma tu ſcis virium. ad te reuerſis exhibe remiſſionis gratiam.

Multum quidem peccauimus. ſed parce confitentibus. ad laudem tui nominis confer medelam languidis

Sic corpus extra conteri dona p abſtinentiam. ieiunet vt mens ſobria a labe prorſus criminum.

☞ Tūc ibi Scrutator. Et q2 fundimus preces(o alme ſcrutator).i.inquiſitor(cordium)noſtroꝝ. bene dico ſcrutator q2(tu ſcis).i.cognoſcis(infirma viriū)ideo(exhibe).i.dona(reuerſis ad te).i.penitētibꝫ(remiſſionis grām) ☞ Tunc ibi Multū quidē(nos peccauimus q̄dē multū.ſed parce confitentibus)pctā ſua(⁊ confer languidis).i.pctōribꝫ(medelam).i.remiſſionē(ad laudē tui noīs) Tūc ibi Sic corpus. Et ꝯferēdo ſic medicinā(dona corpꝰ ꝯteri).i.caſtigari(extra p abſtinētiā) et dona(vt ſobria mens ieiunet prorſus).i.oīno(a labe criminū).i.pctōꝝ.

# Expoſitio hymnoꝛum

Ecce nunc tempus ydoneum medicina peccaminum qui/ bꝫ deū offendim⁹ coꝛde ꝟbis operibꝫ

Qui pius et ꝓpicius nobis pepercit hactenus. ne nos cum noſtris perde/ ret tantis iniquitatibus

Hunc igitur ieiunijs cum precibꝫ et lachrimis multiſqꝫ bonis alijs place/ mus deuotiſſime.

Ut nos a cunctis ſoꝛdibus purgans oꝛnet virtutibus. angelicis ⁊ cetibus nos iungat in celeſtibus.

Sit benedictus genitoꝛ. eiuſqꝫ vnige nitus cum ſpiritu paraclito in ſempi/ terna ſecula. Amen

Clarum decus ieiunij mōſtra tur oꝛbi celitus. qđ xp̄s autoꝛ omniū cibis dicauit abſtinens

Ecce nūc tp̄s Jn hoc hymno hoꝛtat̃ nos autoꝛ vt ab omni pecca/ to abſtineamus. ⁊ rogemus deum cum lachꝛymis ⁊ precibꝫ vt ipſe remittat nobis peccata noſtra. ⁊ nos mundet ab omni vicio in tpe huius ieiunij. quia xp̄s pius eſt ⁊ misericoꝛs. et hoc eſt qđ dicit. O fratres (ecce tempus ydoneū) .i. ꝯgruum ad peccata remittendū qđ tempus eſt (me/ dicina peccaminū) .i. peccatoꝝ (quibꝫ) ſpᵉ pecca/ tis (offendimus deū coꝛ de) .i. vana cogitatione (verbis) .i. iniquis ſer/ monibꝫ et turpiloquijs. (operibꝫ) .i. prauis et il/ licitis actibus.

Tunc ibi Qui pius Dico ꝙ verbo et opere deum offendim⁹ qui ſcꝫ deus exiſtēs (pius ⁊ ꝓpi cius) .i. misericoꝛs (pepꝑ cit nobis hactenus) .i. hucuſqꝫ. ne ſcḋm mala nrā opera (nos pariter cum noſtris tantis iniquita/ tibꝫ ꝑderet) .i. ꝯdemna/ ret. ſed ita pepꝑcit nobis vt mediāte paterno aux ilio ad chriſtū veniam⁹ et ammodo in bonis opꝑi bus ꝑſeueremus.

Tunc ibi Hunc igit̃ Et quia pepꝑcit nobis misericoꝛdit̃ ergo (place mus) .i. placatuꝫ nobis faciam⁹ (hunc) ſcꝫ deuꝫ et quō (ieiunijs) .i. cum abſtinētia cibi et potus et (cuꝫ precibꝫ) .i. cū oꝛō nibus aſſiduis. quia ip/ ſe ait. Petite et accipietis et alibi dicit. Amen amen dico vobis. quid/ quid oꝛantes petieritis. credite et fiet vobis ☞ Tunc ibi Ut nos. Dixi ꝙ placemus eum deuotiſſime. vt ipſe purgans nos a cunctis ſoꝛdi bus et peccatis oꝛnet nos virtutibus. et faciat nos perſeuerare in eis. ⁊ ꝙ (iungat nos angelicis cetibus in celeſtibus) id eſt in regno celoꝛum Tunc ibi Sit benedictus ⁊c. (Genitoꝛ) id eſt deus pater (ſit benedict⁹. et eius vnigenitus) id eſt xp̄s q̇ eſt filius dei (cum ſpiritu paraclito) id eſt conſolatoꝛe (in ſempiterna ſecula) Amen

Clarum decus Jn h̄ hymno hoꝛtat̃ nos ⁊ admonet autoꝛ ieiunioꝝ

humilitatem ⁊ inde autoritatem habere ⁊ a xp̄o efficatiā. ⁊ vt antiqui pa
tres moyſes helyas ꝯſequuti ſunt vitam eternā. ita ⁊ nos ꝯſequamur
¶ Conſtrue (clarum decus). i. ꝯmendabile ieiunium (monſtratur). i.
datur (orbi). i. mundo (celitus). i. de celo (quod) ieiunium (xp̄s) exiſtens
(autor). i. creator (omniū) rerum (dicauit). i. ſanctificauit (abſtinens ci-
bis) id eſt a cibis

Hoc moyſes carus deo legiſq; lator
factus. hoc heliam per aera curru le-
uauit igneo.
Hinc daniel miſteria victor leonum
viderat: ꝑ hoc amicus intimus ſponſi
iohannes claruit.
Hec nos ſequi dona deus per exem
pla parſimonie. tu robur auge menti-
um dans ſpiritale gaudium
Preſta pater per filium. preſta per al-
mum ſpiritum. cuȝ his per euum tri-
plici vnus deus cognomine
Ex more docti miſtico ſerue-
mus hoc ieiunium. deno die-
rum circulo ducto quater notiſſimo

Tunc ibi. Hoc moyſes
(Moyſes factus eſt ca
rus). i. dilectus (deo h̊)
ſupple ieiunio. i. ꝑ hoc ie
iunium (q;) pro et moy-
ſes. fact⁹ eſt (legiſlator)
. i. dator legis diuine (h̊)
. i. ꝑ hoc ieiuniū. ⁊ (hoc)
sᶜ ieiunium (leuauit). i.
vexit (heliam) illū ꝓphe
tam (igneo curru). i. in
q̄driga ignea (ꝑ aera)
. i. per aerem. quia cū heli
as transgreſſus eſſet ior
daneȝ cum diſcipulo ſuo
helizeo fugiens ꝑſequu-
tiones ihezabel raptus ē
helias in curru igneo in
paradiſum terreſtrē. pal
lio ſuo dimiſſo. helizeus
āt pallio leuato reuerſus
eſt ad iordanē. ⁊ ꝑcutiēs
aquam cum pallio. ceſſit
aqua iordanis. ⁊ tranſi-
uit propheta ſicco pede
Tūc ibi Hinc daniel.
(Daniel) ille ꝓpheta exiſtens (victor leonū). i. leones nō nocuerūt eum
(viderat) ꝑ ſpm̄ſanctum (miſteria). i. ſecreta que nemo alius ſcire potuit
(hinc). i. per hoc ieiunium. ⁊ (iohannes) baptiſta (claruit). i. factus eſt
(intimus amicus ſponſi). i. xp̄i (ꝑ hoc) sᶜ ieiuniū Tunc ibi Hec nos
Et q2 iſti facti ſunt per hoc ieiunium (o deus dona). i. concede (nobis)
xp̄ianis. vt poſſumus (ſequi). i. imitari (hec) sᶜ ieiunia (ꝑ exempla parſi
monie) i. abſtinentie cibi ⁊ potus. ⁊ (tu auge robur). i. fortitudinem (mē
tium). i. cordium (dans). i. donans (ſpiritale gaudium). i. leticiā ſpirit⁹.
Tunc ibi. Preſta pater (O pater preſta). i. dona nobis hec que ſu-
pra petiuimus (ꝑ filium) tuum vnigenitum. ⁊ (preſta ꝑ almū ſpiritum)
tu dico exiſtens (vnus deus) in eſſentia (cum his). i. cum filio ⁊ ſpū ſctō
(triplici cognomine). i. ſub trib⁊ nominib⁊ diſtinctis (per euū) id eſt eter-
naliter vel per imperpetuum

Lex ⁊ prophete primitus hoc ꝓtule-
runt. poſtmodū chriſtus ſacrauit om
nium rex factor atq̃ȝ temporum
Vtamur ergo parcius verbis cibis
⁊ potibus. ſomno. iocis. ⁊ artius per
ſtemus in cuſtodia
Vitemus ante peſſima. queq̃ȝ ſubru
unt mentes vagas. nullumq̃ȝ demus
callido hoſti locum tyrannidis
¶ Dicamus omnes cernui. cla
memus atq̃ȝ ſinguli. ploremꝰ
ante iudicē. flectamus irā vindicem.
Noſtris malis offendimus tuā deus
clementiam. effunde nobis deſuꝑ re
miſſor indulgentiam.

Ex more docti. Materia huius hymni eſt ꝯmendatio ieiunij. ⁊ hor-
tamur nos ieiunare ⁊ deo ſeruire. ⁊ hoc tp̄e ieiunij in orōnib⁹ ⁊ bonis
operib⁹ plus q̃ȝ in alijs diebꝰ. vt inde habeamus vitam eternam. ⁊ hoc eſt
quod dr̄ O fratres (ſeruemus hoc ieiunium) in quo modo ſumus ſcȝ ca
ſte ⁊ honeſte. nos (docti) .i. inſtructi (ex miſtico more) .i. ex figurata ꝯſue-
tudine. ⁊ hoc (deno cir-
culo) .i. denario numero
(dierū notiſſimo) .i. ma
nifeſtiſſimo (ducto) id ē
multiplicato (quater) .i.
per quatuor Tunc ibi
Lex ⁊ prophete (Lex)
data per moyſen (⁊ pro-
phete) .ſ. helias ⁊ alij (ꝓ
tulerunt hoc) ieiunium
(primitus) id ē primo. ⁊
(xp̄s rex oīm) hominū
(atq̃ȝ) ꝑ ⁊ (factor) .i. cre
ator (temporū ſacrauit)
.i. ſanctificauit illō (poſt-
modum) .i. poſt moyſen
⁊ ꝓphetas. q̄ ieiunauit
ꝑ quadraginta dies do-
nans nobis exemplū. vt
etiā ieiunemus. Tūc ibi
Vtamur ergo. Et q̄
ꝓphete ⁊ poſtea xp̄s ꝯſe
crauerūt hoc ieiuniū (er
go vtamur parcius) .i.
ſpantius (v̄bis) inutili-
bus (cibis ⁊ potibus) .i.
a ſupfluitate comeſtiōis
⁊ ab ebrietate. q̄ mediā
te crapula nos labimur in peius. ⁊ venter mero eſtuans de facili ſpumeſ-
cit in libedinem. ⁊ non ſolū iſtis vtamur parcius. ſed etiā (ſomno) nimio
(⁊ iocis) illicitis (⁊ ꝑſtemus) .i. ꝑſeueremus (in cuſtodia) anime noſtre
Tūc ibi Vitemus ante Dico q̄ relictis vicijs ꝑſtemus in cuſtodia
virtutū. ⁊ (vitemus) .i. abijciamus a nobis (ante) .i. ꝑus (peſſima) .i. pec
cata vel praua oꝑa (queq̃ȝ ſubruūt) .i. oppzimūt (mētes vagas) .i. ad ma
lum ꝓnas (q̃ȝ) ꝑ et (nullum) pro non ⁊ vllum (⁊ non demus callido ho-
ſti) .i. dyabolo (vllum locum) .i. aliquā occaſionem (tyrannidis) in nobis
Dicamus oēs. In hoc hymno hortat᷑ nos autor vt rogemus deum.
cum precib⁹ ⁊ lachrymis. vt ipſe auertat a nobis irā ſuā. ⁊ dimittat
nobis delicta noſtra. ⁊ hoc eſt qd̄ dicit (Nos omnes) exn̄tes (cernui) .i.
humiles (dicamus) .i. rogemus (atq̃ȝ) ꝑ et (ſinguli) .i. oēs (clamemus)

ad deum. ꝛ ploremus ante iudicem) .i. xp̄m. ꝛ (flectamus) .i. placemus (vindicem irā) ſcꝫ xp̄i quā habet aduerſus nos Tunc ibi. Noſtris malis (O deus offendimus .i. irritauimus (noſtris malis) .i. ꝑ peccata noſtra (tuā clementiā .i. tuam benignitatē. ꝛ quia tu pius es ꝛ miſericors et dixiſti Nolo mortem peccatoris ſed vitam. ꝛ vt ↄuertatur ꝛ viuat per cordis ↄpunctionē (o remiſſor) .i. o miſerator ꝛ ꝑdonator delictorū (effunde .i. mitte (nobis deſup̄) .i. de celo (indulgentiam) .i. remiſſionem peccatorum Tunc ibi.

Memento q̄ ſumus tui licet caduci plaſmatis. ne des honorem nominis tui precamur alteri

Laxa malum qđ geſſimus. auge bonum qđ poſcimus. placere q̄ tandem tibi poſſimus hic et ꝑpetim

Vexilla regis prodeunt. fulget crucis miſterium. quo carne carnis conditor ſuſpenſus eſt patibulo Confixa clauis viſcera tendēs manus veſtigia redēptionis gratia. hinc immolata eſt hoſtia

Memento q̄ Et emittere debes nobis de celo. veniam. q2 nos redemiſti ſanguine tuo. ꝛ ið o dn̄e (memento) .i. recordare (q̄ ſumus tui) famuli (licet) pro cūctis ſimus filij (caduci) id eſt fragilis (plaſmatis) ſcꝫ ade (precamur) .i. rogamus (ne des honorē nominis) ſcꝫ nos xp̄ianos qui a nomine vocati ſumus xp̄iani (alteri) .i. inimico humani generis .ſ. dyabolo. Tunc ibi.

Laxa malum. Et quia alter non debet occupare honorem nominis tui rogamus te (laxa) .i. dimitte nobis (malum) .i. peccatum (qđ geſſimus) id eſt quod malefecimus (auge) .i. augmenta (bonū quod poſcimus) a te (q̄ poſſimus .i. valeam⁹ (tandē) .i. vltimo (placere tibi) xp̄o (hic) .i. in p̄nti (et perpetim) .i. in perpetuum.

Vexilla regis ꝓdeunt. Materia huius hymni eſt talis. vt dr̄ beat⁹ Ambroſius Paſſio dn̄i venit. ꝛ q2 venit debem⁹ de ipſa aliquid dicere Dicamus ḡ q̄ vexilla regis xp̄i iam ꝓdeunt. vexilla em̄ xp̄i ſunt baptiſmus. ſacramentū altaris. ꝛ alia ſacramēta eccleſie ¶ Cōſtrue (Vexilla) .i. ſigilla (regis) .i. xp̄i (prodeūt) .i. apparent (miſterium) .i. ſacrificiuꝫ (crucis fulget) .i. claret. q2 expugnauit dyabolū (quo) miſterio (ↄditor) .i. creator (carnis ſuſpenſus eſt carne) .i. cū corpore ſuo ꝓprio (patibulo) .i. in cruce Tunc ibi. Confixa clauis Ego dixi q̄ xp̄s ſuſpēſus eſt patibulo .i. in cruce. ꝛ ideo xp̄us eſt hoſtia immolata. vel talis eſt lrā .ſ. in ara crucis (gratia redemptionis) .i. ſaluatio generis humani (tendens) .i. extendens (manus) .ſ. ſuas in cruce. ꝛ (tendens veſtigia) ſanguinis ipſius ꝛ per hoc notat q̄ ſanguis fluxerat ꝑ totum corpus ipſius. tendens dico viſcera innumerabilia. q2 in tantū fuit extenſus xp̄s in cruce q̄ oīa mēbra

ipſius poterant munerari (ↄfixa) .i. ꝑforata (clauis) claui enĩ ſunt poſiti in manib⁹ ⁊ pedib⁹ ſuis. ⁊ lancea in latere ſuo. ⁊ inde exiuit ſanguis ⁊ aqua exinde dico manauit ſanguis redemptionis noſtre ⁊ aqua baptiſmatis. ex quib⁹ nos xp̄iani regeneramur in fonte ⁊ in ſacro baptiſmate Tunc ibi. Quo vulneratus Ecce miſterium crucis fulget per totum mun/dum. quia per crucez ha/bemus altare. ꝑ corpus xp̄i hoſtiam. per ſangui/nem vinũ. ⁊ ꝑ ſudorem aquã. ex q̇b⁹ ſacrificiũ fa/cimus ſingulariter. qꝛ ex immolatione crucis ſibi fit altare. ⁊ ideo per cru/cem habemus altare. in quo ſacrificamus (quo) .i. in quo patibulo ſuꝑple xp̄s fuit (vulneratus in ſuꝑ) .i. ſuꝑ vulneratiões clauoꝝ (mucrone) .i. acu/mine (dire lancee) .i. cru/delis cuſpidis. ⁊ ad q̇d ad hoc. ſ. (vt lauaret noſ a crimine) .i. a peccatis (vnda) .i. aqua (mana/uit) .i. effluxit (ſangui/ne) id eſt cum ſanguine.

Quo vulneratus inſuꝑ mucrone di/re lancee. vt nos lauaret crimine. ma/nauit vnda ſanguine

Impleta ſunt que cecinit dauid fide/lis carmine: dicendo nationib⁹ regna/uit a ligno deus

Arbor decora ⁊ fulgida ornata regis purpura. electa digno ſtipite tam ſan/cta membra tangere

Beata cuius brachijs ſecli pependit precium. ſtatera facta corporis. predã qꝫ tulit tartaris

O crux aue ſpes vnica hoc paſſionis tempore. auge pijs iuſticiaz. reiſqꝫ do/na veniam.

Tunc ibi. Impleta ſt̄. Et ex eo tp̄e ꝑpetra/ta ſt̄ q̄ ſcripta ſt̄ de xp̄o per ꝓphetas. vnde ip̄e ſu/mẽs acetum in cruce cũ ſpongia dixit Conſummatũ eſt. ⁊ hoc eſt qđ dicit Illa (ſunt impleta) .i. completa in xp̄o (que dauid cecinit) .i. prophetauit. exiſtens (fidelis) d eſt certificatus (carmine) ſcȝ in pſalterio (dicendo) id eſt ꝓphetando (na/tionib⁹) .i. omnib⁹ gentib⁹ (deus regnauit a ligno) ſc. crucis. qꝛ poſt paſſi/onem ⁊ mortem ſuam amariſſimam reſurrexit eternaliter regnaturus Tunc ibi. Arbor decora. Et qꝛ pependit in cruce poſſumus ꝓferre vocẽ admiratiõis dicẽs O qꝫ (decora ⁊ fulgida arbor) iſta fuit (ornata) .i. fulcita (purpura) .i. ſanguine (regis) .i. xp̄i. arbor dico (electa tãgere) .i. portare (tam ſancta membra) ſcȝ xp̄i (digno ſtipite) id eſt in ſancto trũco

Tũc ibi. Beata cuius Vere (beata) fuit arbor vel crux. in (cui⁹ bra/chijs) .i. cornib⁹ (preciũ ſeculi) .i. mundi (pependit) arbor dico (facta ſta/tera) .i. trutina (corporis) xp̄i (qꝫ) pro et (⁊ tulit) .i. abſtulit (tartaris) .i. ex infernis (predam) .i. ſpolia. qꝛ deſcendit ad inferna liberãs aĩas ſanctorũ Iam ſermo dirigitur ad crucem Tũc ibi. O crux Et qꝛ es ſtatera fa

cta. O crux (aue). i. ſalue. tu dico vnica ſpes noſtra (auge). i. multiplica iuſticiā (pijs). i. pietatem habentib. hoc tpe paſſionis (⁊ dona veniā) id eſt remiſſionem peccatorum. ſcȝ reis ☞ Tūc ibi. Te ſumma deus. Et qꝛ nos redemit ſuo ſanguine. ideo (o ſumma trinitas). i. o deus oīpotēs. oīs ſpūs collaudet te (⁊ qs). ſ. hoīes (ꝑ myſteriū crucis). i. ꝑ paſſionē (ſaluas). i. liberas rege ꝑ ſecula cūcta amē

Te ſumma deus trinitas collaudat omnis ſpiritus. quos per crucis myſteriū ſaluas rege per ſecula: Amen

Pange lingua gloriosi prelium certaminis et ſuper crucis tropheū dic triūphū nobilē qliter redēptor orbis immolatus vicerit. De parentis prothoplaſti fraude facta condolens quando pomi noxialis morte morſu corruit ipſe lignum tunc notauit. damna ligni vt ſolueret

Pange lingua) Hymnus iſte continuatur ſuperiori. Dixerat em̄ ꝙ deminꝰ poſitus fuit in cruce ⁊ latus eius perforatuȝ. ⁊ ſic deprecamur eum q ſicut mortuus ē id eſt ſicut corpꝰ (quod aſſumpſit in virgine ⁊ i cruce dimiſit. ⁊ ad inferna deſcendit ⁊ cum dyabolo pugnauit ⁊ eum ſupauit) ſic faciat nos vincere cuncta nobis aduerſaria. ſ. dyabolum ⁊ mūdum cum concupiſcentia ſua ⁊ domeſticum inimicum. ſcilicet carnem. de qua dicitur. Quanto famoſior tanto periculoſior. O lingua (pange) id eſt manifeſta (prelium certaminis glorioſi) id eſt victoriam quaȝ chriſtus obtinuit moriēdo ſm carnem quando vicit mortem morte ſua vnde ipſe ait. O mors ero mors tua ⁊c̄. (et ſuper tropheum) id eſt de victoria crucis (dic triumphum nobilem) de inimicis fugatis (qualiter redemptor) id eſt liberator totius mundi (immolatus) in ara crucis (vicerit) id eſt vicit dyabolum ¶ Et nota ꝙ ante paſſionem chriſti dyabolus duas manus. id eſt duas poteſtates. ſcilicet in corpore et ī anima hominis habuit. quia quoſdam in corpore et in anima. quoſdam tantuȝ in anima poſt mortem temporalem trahebat ad ſe. ſed modo poſt paſſionem chriſti vnam habet. ſcȝ de duabus poteſtatibus et amiſit vnam ☞ Tunc ibi (De parentis prothoplaſti fraude facta)

¶ In hoc loco apoſtrophat ſe autor aliquis forte diceret quare fuit chriſtus immolatus. Reſpondetur ſic. quia condoluit de deceptione ꝑmi parentis. ſcilicet ade. ⁊ hoc eſt chriſtus condolens fraude facta. fraudulenti parentis noſtri ade prothoplaſti. id eſt primi formati quando corruit primus parens (morte) id eſt in mortem (⁊ hoc morſu vetiti pomi noxialis) id eſt nociui (ipſe chriſtus tūc necauit) preordinando ſignauit (lignum ſue crucis vt ſolueret) id recuperaret (damna ligni) ſcilicet que venerant (per lignum) id eſt pomum vetitum.

☞ Tunc ibi Hoc opus. Bene dico ꝙ xp̄s tunc notauit lignum. vt ſolueret damna ligni. qꝛ nullo alio modo poterimus recuperari. ꝛ hꝫ aggredit̄ dicere. Ordo ſalutis (depopoſcerat hoc opus). ſ. vt deus carnē ſumeret. ꝛ patibulum crucis ſubiret (Per lignū) vt damna ligni ſoluerentur (vt ars). i. deus qui eſt artifex oīm rerum (falleret) id eſt deſtrueret (artem multi formis proditoris). i. dyaboli. vt illa res (ferret medelam). i. ſalutem omniū gentium (inde). i. ex illa re. ſ. a ligno (vnde). i. de quo ligno (hoſtis). i. diabolus (leſerat). i. nocuerat.

Hoc opus noſtre ſalutis ordo depopoſcerat; multiformis proditoris ars vt artem falleret. et medelam ferret inde. vnde hoſtis leſerat. Quando venit ergo ſacri plenitudo tēporis miſſus eſt ab arce patris natus orbis' cōditor. atqꝫ ventre virginali caro fructus prodijt. Vagit infans inter arta poſitus preſepia. membra pannis inuoluta virgo mater alligat pedes manuſqꝫ crura ſtricta cingit phaſcia Gloria et honor deo vſqꝫquo altiſſimo vna patri filioqꝫ inclito paraclito. cui laus' eſt et poteſtas per eterna ſecula Amen.

☞ Tūc ibi. Quādo venit Ergo (quando) id eſt poſtqꝫ (plenitudo temporis). i. quando vltima etas venit. i. quando deus ſacrificauit filium (conditor orbis). i. chriſtus natus miſſus ē (ab arce patris) in mūdū atqꝫ factus caro vl' carnalis (prodijt) id eſt exijt de ventre virginali. Et nota ꝙ ſicut flos ſine macula pulcher ꝛ olens ac ſuauis naſcitur. ita chriſtus ſine ſemine et ſine crimine de vtero virginis marie prodijt.

☞ Tunc ibi. Vagit infans (Infans) id eſt chriſtus (poſitus inter arta) id eſt anguſta preſepia (vagit) id eſt plangit. Et nota ꝙ vagire eſt proprium puerorum. virgo Maria mater ſua (alligat membra ſua) inuoluta pannis (et phaſcia) id eſt vitella cingit pedes ꝛ manus et crura ſtricta.

☞ Tunc ibi. Gloria ꝛ honor deo vſqꝫquo. Gloria ꝛ honor vſqꝫquo ſit deo altiſſimo (vna) id eſt equaliter patri et filio (et inclito) id eſt glorioſo (et paraclito) id eſt ſpirituiſancto ſit laus et gloria. ſimiliter eq̄lis gloria coeterna maieſtas. tribus perſonis ꝛ vni deo cui laus eſt ꝛ poteſtas per eterna ſecula. Amen.

Luſtra ſex. Nota ꝙ luſtra dicitur ſpacium quinqꝫ annorum. ⁊ dicitur a luſtrando. eo ꝙ romani luſtrabāt ꝑ ſpacium quinqꝫ annoꝝ in capite totā Romā. et nos ſimiliter ꝑ quinqꝫ etates debemus luſtrare totam romam. i. ſanctam eccleſiam vincentē inimicos. ¶ Hymnus iſte ſic continuatur. xp̄s carnaliter erat. xxx. annoꝝ cum eſſet. deditus paſſiōi. Luſtra ſex ⁊c. Et nota accuſatiui ⁊ ablatiui caſus pñt ibi legi. Ablatiui ſic leguntur (xp̄s qui ē implēs tempus). i. etatem corporis hūani (ſex luſtris iam pactis) ⁊ eſt ibi litote caſus pro caſu. meli⁹ tamē ē vt accuſatiui ibi legantur ſic (xp̄s qui eſt (implens tempus). i. etatem corporis humani ſ. ꝑ ſex luſtra iā poſt acta natus (ſe volente). i. ſpōte natus ad hoc vt pateretur. (Agnus) id eſt chriſtus ſine macula deditus paſſioni (leuatur in cruce (a iudeis (immolandus). i. ſacrificandus (ſtipite) id eſt i ligno ☞ Tunc ibi. Hic aceto (Hic). i. in cruce dederunt ei fel mixtū cum aceto (arundo) id ē calamus traditur ei in ſignū deriſionis pro ceptro. ⁊ preter hec (ſputa) adhibita ſunt ei) corpus mite). i. ſuaue (perforatur cum clauis ⁊ lancea (et inde ſanguis ⁊ vnda). i. aqua (profluit). i. exiuit de corpore eius (quo flumine). i. pro qua ſanguinis effuſione (terra). i. humiles (pontus). i. fluctuantes vicio (aſtra) id ē iuſti (⁊ mundus). i. mundani) lauantur). i. purgantur. Per aquaꝫ debemus intelligere baptiſmum. Per ſanguinem chriſma. Et dicunt quidam ꝙ angeli boni purgati ſunt de labe quam habuerunt de illis, q̄ ceciderunt vt lucifer et ſui complices. ⁊ ideo dicit aſtra.

Luſtra ſex qui iam paracta tempus implens corporis ſe volente natus ad hoc paſſioni deditus agnus in cruce leuatur immolandus ſtipite. Hic aceto fel arundo ſputa clauis lancea mite corpus perforatur ſanguis vnda profluit. terra pontus aſtra mundus quo lauantur flumine.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis. nulla ſilua talem profert fronde flore germine. dulce lignum dulces clauos dulce pondus ſuſtinet

Crux fidelis. Et quia redemit nos in cruce leuatos omnes debemus clamare. O crux fidelis arbor inter omnes (es vna). i. ſola nobilis. quia nulla ſilua profert talem arborē (fronde). i. protectione) flore). i. decore) germine). i. radice (vel flore). i. xp̄o qui vocat⁹ eſt flos a ꝓphetis. qꝛ ſicut flos procedit ſine feditate vel aliqua putredīe

te xp̄s ex vtero virginis proceſſit ſine aliquo peccato. Dulce lignū fuit illud qđ ſuſtinet dulces clauos xp̄i ⁊ dulce pondus id eſt chriſtum
☞ Tunc ibi (Flecte ramos) Et precium mundi pependit in te ideo o arbor alta (flecte) id eſt humilia (ramos). i. brachia crucis (⁊ laxa) id eſt relaxa viſcera xp̄i (tenſa). i. extenſa in te (⁊ ille rigor) id eſt duritia (lẽ teſcat). i. molleſcat quē rigorem (natiuitas) id ē natura dedit tibi vt tendas (ſtipite) id eſt in cruce (miti) id eſt humili mē bra ſuperni regis.
☞ Tunc ibi Sola digna. Tu ſola fuiſti (digna) ſcʒ ferre (precium ſeculi) id eſt ſuſtinere illum qui fuit appreciatus triginta argenteis (atqꝫ p̄parare portū) quaſi nauta (mundo naufrago periclitato) id eſt omnibꝫ periclitantibus (quem) mundum (ſacer cruor) id eſt ſanctus ſanguis (perunxit) id eſt mundauit ille dico fuſus de corpore agni.

Flecte ramos arbor alta tenſa laxa viſcera et rigor lenteſcat ille. quem dedit natiuitas et ſuperni mēbra regis miti tendas ſtipite. Sola digna tu fuiſti ferre ſeculi precium atqꝫ portum preparare nauta mundo naufrago. quē ſacer cruor perungit fuſus agni corpore. Gloria et honor deo vſqꝫquo altiſſimo ⁊c̄

Chorus noue hieruſalem noua meli dulcedinem promat colens cum ſobrijs paſchale feſtum gaudijs

Chorus noue. Metruʒ eſt iābicum. Autor eſt Ambroſius ⁊c̄. Materia huius hymni eſt imitari ad laudem feſti paſchalis cum militauerimus contra dyabolum. dicit ergo chorus noue ⁊c̄ ¶ Notandum eſt ꝙ primo vocabatur ciuitas illa Iebus. ſecundo iebuſalem. tercio ſalem. quarto hieruſalem per quam ſignificatur multiplex hominis ſtatus. Jebus enim interpretatur conculcamen. et hoc eſt quando aliquis in adoleſcentia intonſus efficitur. Iebuſalem interpretatur pax conculcationis. et hoc eſt quando aliquis habitat et delectatur in predictis. Salem interpretatur pax. ⁊ hoc eſt quando aliquis reuerſus eſt a vicijs. Hieruſalem enim interpretatur viſio pacis. et hoc ē quādo aliquis fruitur celeſti gaudio. Unde hoc nomen hieruſalem quatuor modis accipitur quo ad litteram. Hieruſalem eſt illa ciuitas paleſtine. analogice hieruſalem interpretatur eccleſia triumphans. ſcilicet chorus celeſtis patrie. Jn hoc loco accipitur ſic chorus noue hieruſalem. id eſt noue anime ſcilicet cuiuſlibet hominis bene innouati et purgati a vicijs (promat nouam dulcedinem meli) id eſt dulce melos. Meſum dicitur a mel. quia ſicut mel fit ex diuerſis generibus rerum. ita et melum eſt quod fit ex diuerſis notulis nouum. vnde cantate domino

qꝛ ſicut mel fit ex diuerſis generibus rerum. ita ⁊ melum eſt quod fit ex diuerſis notulis nouũ. Vñ dicitur. Cantate domino canticũ nouum. Mel eñ dicit᷑ a miſcendo. vnde prohibetur in lege q̄ nemo in ſacrificio poneret mel ſed ſemper ſal. Mel eñ fit ex diuerſis generibꝫ rerũ. hõ eñ nõ debet eſſe diuerſus ſed vniformis in bono. Unde vinũ ⁊ ſiceram non

Quo chriſtus inuictus leo dracone ſurgens obruto dum voce viua perſonet a morte ſanctos excitat

Quã deuorarat improbus predã refudit tartarus captiuata te libera iheſum ſequuntur agmina

Ipſum canendo ſupplices regem precemur milites. vt in ſuo clariſſimo nos ordinet palatio

Per ſecla mente neſcia patri ſupremo gloria. honorq̄ʒ ſit filio et ſpiritu paraclito Amen

bibet ⁊ ſumitur ibi vinũ in mala ſignificatõne. q̇a vinũ in ſe eſt bonũ. ſʒ abutentibꝫ vino nociuũ eſt tam in corpore q̄ʒ in anima. Sicera fit ex diuerſis generibꝫ rerũ. que ſimul mixta vnũ corrumpit aliud. vt de ceruiſia. aut granum corrumpit aquam. aut aqua granũ Ille ergo bibit ſiceram qui facit aliquid q̄d videtur eſſe de genere bonorum cum non ſit. ergo ſobrie iuſte ⁊ pie viuamꝰ in hoc ſeculo. iuſte quo ad proximũ. pie quo ad deum. ſobrie aũt quo ad noſmetipſos

☞ Tunc ibi (Quo chriſtus (Quo) ſcʒ feſto paſchali (chriſtus inuictus leo) vt narrat Phiſiologus. Sicut leo rugitu ſuo reſuſcitat catulũ poſt triduũ. ita pater in diuinis ſuũ filium. quare dictus eſt leo (ſurgẽs) id eſt reſurgens (dracone) id eſt dyabolo (obruto) id eſt lapſo (dũ viua voce pſonet) vt genimina viperarũ. q̇s docuit vos fugere a ventura ira Vel generaliter poteſt legi de angelis qui viua voce reſuſcitabunt mortuos ad iudiciũ. ⁊ ſic (excitat functos) id eſt defũctos (a morte). i. a peccato mortali ſm primã lecturam vel (a morte) ſcʒ quaʒ omnis homo habebit ☞ Tũc ibi (Quam deuorarat) Ipe ſcʒ deꝰ (refudit) id ẽ retrofudit (predã). i. rapinã quã (tartarus) id eſt infernus (improbꝫ) id ẽ inſatiabilis (deuorarat) id eſt deglutiauerat (captiuata agmina). i. detente anime ſanctoꝝ (libera). i. liberata (ſequũtur te) ſcʒ iheſum chriſtuʒ

☞ Tunc ibi (Ipſum canendo) Nos (ſupplices milites) id eſt humiles (precemur ipſum regẽ). i. rogamus chriſtum (vt ordinet nos) id eſt diſponat nos (in ſuo clariſſimo palatio) id eſt in celo inter ſanctos. vñ in euangelio dicitur. In domo patris mei manſiones multe ſunt ⁊c̄.

☞ Tunc ibi (Per ſecla (gloria ſit patri ſupremo) id eſt excelſo (per ſecla) id eſt per ſecula. ibi ponitur per ſincopam. gloria dico (neſcia mente) id eſt incomprehenſibilis mente humana. quia deus incomprehenſi-

bilis eſt (et honoꝛ ſit ei) ſcȝ patri in diuinis (cū filio) id eſt iheſu chꝛiſto (et ſpiritu paraclito) id eſt ſpiritu ſancto Amen

Ex eterne (Omnes iſti hymni habent vnam materiam ꝛ vnā intentionem. qꝛ tractant de paſſione chꝛiſti ꝛ de eius reſurrectōne. Oſtendit em̄ hic ꝙ ſicut chꝛiſtus moꝛtuus ē ꝓpter delicta noſtra. ſic etiā reſurrexit ꝓpter iuſtificatōeȝ noſtrā et contulit nobis verum paſcha. id eſt tranſitum de terra ad celū. de inferno ad paradiſum. Item rogat vt ſua reſurrectio ſit noſtra redemptio vt in paſchali tempoꝛe. vel gaudio. id eſt in die iudicij defendat nos a periculo moꝛtis. id ē a damnatōne. Vel materia huius hymni eſt vt deū deprecemur ꝙ ſicut ipſe creauit adam ꝛ accepit coꝛpoꝛis eius foꝛmā vt nos redimeret a poteſtate diaboli ꝛ iūgeret nos deo patri. ita liberet nos ab omni delicto in hoc paſchali gaudio. Et dicit ſic O dn̄e (eterne rex). i. ſempiterne rex (creatoꝛ) id eſt factoꝛ (omnium rerum. et qui ſemper es filius cū patre an̄ ſecula) id eſt ante mundi ꝯſtitutionem ☞ Tunc ibi (Qui mūdi (Qui) sᶜ deus (plaſmaſti). i. foꝛmaſti (adam hominem in pꝛimoꝛdio) id eſt in pꝛincipio mundi (cui tue imagini) id eſt ade (dediſti vultum ſimilem) ſcȝ mentem ſimilem ꝓ rōne vultus tui. ☞ Tunc ibi) Quē diabolus) Quem) ſcȝ adā (diabolꝰ hoſtis) id eſt inſidiatoꝛ (humani generis) id eſt homis. qꝛ nos in adam deceperat (cuius foꝛmā coꝛpoꝛis) ſcȝ ade ideo (tu ſcȝ filius dei (dignatus es) id eſt vt nos redimeres dignatus es aſſumerē coꝛpus humanū ☞ Tunc ibi (Ut hominem) Dico ꝙ dignatus es accipere foꝛmaȝ ſerui tui ad hoc (vt redimeres) id eſt liberares (hominē. quē) ſcȝ hominē (iam ante plaſmaueras) id eſt creaueras (vt nos) ſcȝ redimendo (ꝯiungeres deo) ſcȝ patri (per ꝯtubernium) id eſt per vnionem vel per habitaculum vel per cōiunctionem (carnis) id eſt humanitatꝭ quia ſic nos liberauit a moꝛte perpetua Tūc ibi (Quē editū (Quē edi

Ex eterne domine rerum crea/toꝛ omnium. qui es et ante ſecula ſemper cum patre filius

Qui mundi in primoꝛdio adam plaſmaſti hominem. cui tui imagini vul/tum dediſti ſimilem

Quem diabolꝰ deceperat hoſtis humani generis. cuius tu foꝛmam coꝛ/poꝛis aſſumere dignatus es

Ut hominem redimeres quem ante iam plaſmaueras. et nos deo coniungeres per carnis contubernium

Quem editū ex virgine paueſcit om/nis anima. per quem et nos reſurge/re deuota mente credimus

tum).i.natum (ex virgine )ſcʒ maria (omnis anima)id eſt omnis ſpirit⁹ rationalis (paueſcit).i.miratur ( per quem credimus reſurgere nos ) ſcʒ dum veneris iudicare viuos ꝛ mortuos (deuota mente ).i.bona oꝑatiōe
Tunc ibi. Qui nobis O tu xp̄e ( qui donaſti nobis )ſcʒ oībꝫ pie credentibꝫ (indulgentiam ).i.remiſſionem ſcʒ originalis peccati ( per baptiſmum qui tenebamur ligati vinculis ꝯſcientie.ſcʒ ꝑ peccatū Tunc ibi Qui crucē (Qui)sᶜ xp̄s (dignatus es ſucipere crucem ).i.paſſionem crucis(ꝓter hominē.dediſti tuum ſanguinem ) in (precium noſtre ſalutis )qꝛ cum ſanguinē tuo redemiſti ꝛ emiſti nos
Tunc ibi. Queſumus autor Et qꝛ tot ꝛ tāta feciſti o chriſte vt nos a morte ꝑpetua liberares.ideo o ( autor omnium ) rerū (queſumus id eſt rogamus te ( in h̄ paſchali gaudio )id ē in tua reſurrectione ( defen id eſt protege( populum tuum ( a peccato redemptum (ab omni mortis impetu ) id eſt ab omni periculo. Tūc ibi Auro lucis rutilat ꝛc̄.

Qui nobis per baptiſmum donaſti per indulgentiam.qui tenebamur vinculis ligati conſcientie

Qui crucem propter hominem ſuſcipere dignatus es. dediſti tuum ſanguinem noſtre ſalutis precium

Queſumus autor omniū in hoc paſchali gaudio.ab omni mortis impetu tuum defende populum

Vrora lucis rutilat.celū laudibus intonat.mundus exultans iubilat.gemens infernus vlulat

Cum rex ille fortiſſimus mortis confractis viribus.pede conculcans tartara.ſoluit a pena miſeros

¶ Aurora lucis rutilat) Materia hui⁹ hymni eſt laudare deum ꝛ extirpare vicia et adherere virtutibꝫ. Et nota ꝙ eccleſia ideo aurora dicit̄ qꝛ ſicut aurora expellit tenebras. ita eccleſia extirpat vicia ꝛ peccata. Dicit ꝗ ſic( Aurora luc⁊ rutilat ).i.ſplendet .ſ.qn̄ aurora pullulat ꝛ incipit dieſcere (celū).i.celeſtis creatura )intonat ).i.reſonat( laudibꝫ.mundus exultans ) gaudens (iubilat )id eſt gloriat̄.qꝛ homines credentes in deum cantabant laudes deo( infernus gemens )id eſt dyabolus lugens( vlulat ).i.plangit.qꝛ dolet de amiſſione eorum quos tenebat mortuos.ſcilicet adam abraam ꝛ alios ſanctos quos deus ſecum traxit ad requieʒ eternam Tunc ibi. Cū rex ille Dico ꝙ celū tunc intonat laudibꝫ ( cū ) id eſt quando (rex ille fortiſſimus ) ſcʒ dominus iheſus xp̄us .ſupple fuit ( ꝯculcans pede ) .i.pietate ſua ( tartara ).i.inferna ( ſoluit) id ē liberauit ( miſeros ) ſcʒ hoīes ( a pena ).ſ.dyaboli (ꝯfractis viribꝫ mortis ).i.infer/

ni ſeu dyaboli ⁊c̃. Tũc ibi Ille qui clauſus Uere ille rex ↄfractis vi
ribus mort.i.dyaboli ſoluit a pena miſeros hoĩes. q( ille qui clauſus eſt
lapide) id eſt monumento (cuſtodit )id eſt vigilat (ſub milite) .i.ſub mi
litibus ſingulare ꝓ plurali ꝑ ſynodochen (triũphans ).i.vincens (pom-
pa nobili ).i.victoria.q tũc aĩas ab inferis extraxit. ⁊ (ſurgit).i.ſurſuꝫ eri
git (de funere)id eſt de morte Tunc ibi. Solutis iam ⁊c̃.

Ille qui clauſus lapide cuſtodit ſub
milite triumphans pompa nobili vi-
ctor ſurgit de funere

Solutis iam gemitibus ⁊ inferni do
loribus.quia ſurrexit dominus reſplẽ
dens clamat angelus

Triſtes erant apoſtoli de nece ſui do
mini.quem pena mortis crudeli ſerui
damnarant impij

Sermone blando angelus predixit
mulieribus.in galilea dominus vidẽ
dus eſt quantotius

Ille dum pergunt concite.apoſtolis
hoc dicere videntes eum viuere oſcu-
lantur pedes domini

Quo agnito diſcipuli in galileã pro
pere pergunt videre faciem deſidera-
tam domini.

¶ Chriſtus erat victor
(ſolutis ) id eſt fractis ⁊
deſtructis( iam gemitib
⁊ inferni doloribꝫ ).i.an-
guſtijs( angelis reſplen-
dens ) id eſt valde nitẽs
(clamat) dicens mulieri
bus Ite dicite diſcipulis
eius ⁊ petro ( q ſurrexit
dominus ) s[c] a morte tẽ
porali Tunc ibi. Tri
ſtes erant. Ita dixerunt
angeli mulieribꝫ ⁊ ( apo-
ſtoli erant triſtes ) de ne
ce ) .i.de morte ( ſui do-
mini ( queꝫ ) s[c] dominũ
( ſerui impij ).i.iudei (dã
narant ) .i. damnauerãt
(crudeli pena mortis ).ſ.
crucis. Tũc ibi. Ser
mone blando) Et quia
apoſtoli erant triſtes de
nece ſui domini.ideo(an
gelus predixit mulieribꝫ
blando ſermone ) .i.ſua-
ui ( dominus videndus
eſt in galilea ).ſ. a vobis
( quantotius )id eſt ſub-
ito Tũc ibi Ille dũ
pergunt
¶ Ille) ſupple mulieres
( dum )pro quãdo ( per
gunt concite ) .i. ſolicite
(dicere )id eſt manifeſtare (hoc apoſtolis videntes).i.reſpiciẽtes ( eum )
ſcꝫ chriſtum( viuere ) id eſt vitam habere ( oſculantur pedes domini ) id
eſt locum vbi poſuerunt eum perfidi iudei. Tunc ibi . Quo agnito
diſcipuli ( Quo agnito ) id eſt quo cognito vel audito ſcilicet ꝙ ſurrexit
dominus ( diſcipuli )id eſt apoſtoli ( pergunt ) id eſt viam peragunt( p-
pere )id eſt feſtinanter ( in galileam videre faciem domini deſideratam )
id eſt concupitam ab eis

Claro paſchali gaudio. ſol mundo nitet radio. cum chriſtum iam apoſtoli viſu cernunt corporeo Oſtenſa ſibi vulnera in chriſti carne fulgida reſurrexiſſe dominum voce fatentur publica. Rex chriſte clementiſſime tu corda noſtra poſſide. vt tibi laudes debitas reddamus omni tempore

O cenam agni prouidi ⁊ ſtolis albis candidi. poſt tranſitũ maris rubri. chriſto canamus principi. Cuius corpus ſanctiſſimum in ara crucis torriduz cruore eius roſeo guſtando viuimus deo.

¶ Claro paſchali. Sol (nitet). i. ſplendet radio ſuo mundo in paſchali gaudio claro (cum) id eſt quando apoſtoli cernunt iam xp̄m viſu corporeo. Tũc ibi. Oſtenſa ſibi Dicimus ꝙ q̄uis tũc apparuit diſcipulis tñ quidã illoꝝ ſcz thomas nõ credidit. Vñ dñs oſtendit ei vulnera. ⁊ ait noli eſſe incredulus ſed fidelis. Et nota ꝙ quatuor de cauſis cicatrices vulnerum oſtendit dñs ſcz vt eſſet ſignum victorie. vt deinceps de reſurrectione non dubitarent q̄ crediderunt illum fantaſticum corpus accepiſſe vt eſſet ad patrem interceſſio. Conſtrue Oſtẽſa ſibi vulnera. id eſt oſtẽſis vulneribus (ſibi) id eſt apoſtolis ⁊ fulgida carne chriſti illi apoſtoli (fatentur) id eſt predicant voce (publica) id eſt manifeſta dominum reſurrexiſſe Tunc ibi Rex chriſte O chriſte tu dico clemẽtiſſime rex (poſſide) id ẽ guberna (corda noſtra) id eſt mentes ſimul cum corporibus vt (reddamus) id eſt perſoluam⁹ ad honorem tuum omni tempore laudes tibi debitas O cenam agni ⁊c̃. Materia huius hymni ẽ ꝙ nos inuocat autor ad cenam agni illi⁹. qui tollit peccata mundi ſcz ad accipiendum corpus et ſanguinẽ domini de quo dictum eſt qui ſumit corpus chriſti indigne iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. qui vero digne habebit vitam eternam. nos vero poſiti ad cenam agni id eſt ad accipiendum corpus ⁊ ſanguinem domini vel ad vltimum p̄ceptum chriſti. q: ſicut poſt cenã nullũ reſtat prandium. ita poſt nouum teſtamentum nullum reſtat preceptum. ad cenã agni prouidi ⁊ agni candidi ſtolis albis. i. cũ virtutib⁹ (canamus principi chriſto). i. laudemus eũ de reſurrectione (poſt tranſitum maris) id eſt baptiſmũ vel poſt gloriam reſurrectionis Tunc ibi Cuius corpus Sanctiſſimũ corpus cuius

christi torridum.id eſt crematum.quia paſſum in ara crucis. guſtando.ſ. ſuſcipiendo cum roſeo cruore viuimus deo.protecti.id eſt defenſi Tūc ibi. Protecti paſce veſpere ⁊c. Dico ꝙ viuimus.deo protecti. id eſt defenſi vel ſeruati.veſpere paſce.id eſt vltima etate.ab angelo deuaſtante id eſt.percutiente primogenita egypti.erepti.id eſt liberati. de duriſſimo imperio.pharaonis.id eſt dyaboli.

☞ Tunc ibi. Jam paſcha noſtrum Conſtrue.chriſtus eſt.iaȝ noſtrum paſcha.id eſt tranſitus de vicijs ad virtutes.quia chriſtus eſt agnus.id eſt patiens ( immolatus pro omnibꝰ nobis Uel ſic.quia chriſtꝰ immolatus pro nobis ē agnus ſinceritatis.id eſt puritatis caro eius oblata.id eſt ſacrificata.eſt aſima.id eſt ſine fermento vel ſine amaritudine aſima dicitur ab a quod eſt ſine ⁊ ſima quod eſt fermentum vel amarum.inde aſima quaſi ſine amaritudine Tunc ibi.
O vere digna hoſtia
O vere digna hoſtia. id eſt ſacra per quam.ſcȝ hoſtiam tartara ſunt fracta. ⁊ ꝑ quam plebs captiuata. id eſt anime ſanctorum ſunt redempte ⁊ per quam.premia vite.ſ. eterne.ſunt reddita in vita eterna

Protecti paſce veſpere a deuaſtante āgelo erepti de duriſſimo pharaonis imperio: Jam paſcha noſtrum chriſtus eſt.qui immolatus agnus eſt.ſinceritatis aſima caro eius oblata eſt. O vere digna hoſtia per quam fracta ſunt tartara.redempta plebs captiuata redit ad vite premia Cū ſurgit chriſtus tumulo victor redit de baratro tyrannum trudens vinculo ⁊ reſerans paradiſum

Eterne rex altiſſime redemptor ⁊ fidelium: quo mors ſoluta deperit.datur triumphus gratie

☞ Tunc ibi Cum ſurgit xp̄s ⁊c. Cum.id eſt quādo.chriſtus ſurrexit tumulo.id eſt de ſepulchro victor redit de baratro.id eſt.de fouea inferni.trudens.id eſt claudens tyrannum.id eſt dyabolum cum vinculo id eſt.cum poteſtate ſua ⁊ reſerans paradiſum.fidelibus tuis.quia tua miſericordia hoc feciſti. Jdeo rogamus te.Queſumus autor omnium ⁊c.

Eterne rex. O eterne rex.altiſſime ⁊ redemptor fidelium.quo.ſ. per quem.mors ſoluta deperit.id eſt deſtructa extitit.perijt inꝗ̄ mors eterna.id eſt deſcenſus ad inferna. quia.ſancti illuc modo non deſcendunt.vt ante paſſionem chriſti triumphus. id eſt victoria gra

tie datur iam glorificatis in anima ⁊ corpore ⁊ glorificãdis in reſurrectõe. Tunc ibi. Scandens tribunal, Tu es ſcandens .id eſt aſcendens tribunal .id eſt ſedes dextere patris .id eſt ad equalitatem patris . poteſtas omnium rerum eſt collata .id eſt attributa iheſu ſcʒ xp̄o ⁊ hoc celitus .id ē diuinitus poſſumus dicere ꝙ ſolus eſt ad dexteraʒ patris . ceteri ordines ſanctorum ad ſiniſtram reſpectu claritatis filij que poteſtas non erat ei collata humanitus . id ē ꝗdiu vel quando erat in mundo Tunc ibi Vt trina rerum . Dico ꝙ poteſtas datur diuinitꝰ xp̄o que non erat humanitus ( vt trina rerũ machina ſcʒ celeſtium terreſtrium ⁊ infernorum condita ad te flectant genu iam ſubdita .i. flectentes genua celeſtes terreni et infernales ſunt ſubdita id eſt humiliata ( tibi ) id eſt ad honorem tui. Tunc ibi. Tremunt videntes. Angeli vidẽtes humanã formam vel naturam ( tremunt ) id ē mirant̄ . ſcʒ qꝛ videbant humanam naturam ( ꝑ ipſum ) id ē per xp̄m .i. ad dexteram patris colocatam ⁊ exaltatã . ⁊ hoc ( vice verſa mortalium ) qꝛ tenebant ⁊ mirabantur Et nota . ꝙ ante natiuitatem xp̄i angeli ab hominibus ſe adorari patiebantur ſed non poſtea. ſicut legimus de iohãne qui cũ vellet angelũ adorare inquit ãgelus iohãni. Noli me adorare ſeruus tuus em̄ ſum ⁊ fratrum tuoꝝ ( Caro ade culpat nos .i. ꝑ adam in pctm̄ cadimus. Caro xp̄i ( purgat nos ) .i. ꝑ xp̄m de vitijs ſurgimus. Caro dei .id eſt deus regnat . quia chriſtus deus ⁊ homo Tu eſto .o chriſte ( tu eſto noſtrum gaudium manens preditum .i. nobis paratum honoratũ vel ſublimatum ( olimpho ) id eſt in celo . tu qui ( regis ) .i. gubernas ( fabricã ) mũdi ( vincens mũdana gaudia ) Tũc ibi Hinc te. Quaſi diceret deſpexiſti gaudia mundi . ⁊ hinc nos precantes

Scandens tribunal dextere patris poteſtas omnium collata eſt iheſu celitus que non erat humanitus Vt trina rerum machina celeſtium terreſtrium infernorum condita flectant genu iam ſubdita . Tremunt videntes angeli verſa vice mortalium culpat caro purgat caro regnat deus dei caro Tu eſto noſtrum gaudium manens olimpho preditum . mũdi regis qui fabricam mundana vincens gaudia Hinc te precantes queſumus ignoſce culpis omnibus ⁊ corda ſurſum ſubleua ad te ſuperna gratia . Vt cum rubẽte ceperis clarere nube iudicis penas repellas debitas reddas coronas perditas

queſumus.i. dep̄camur te (gnoſce culpis oib;).i. dimitte nobis pctã nr̃a ⁊ ſubleua.i. ſurſum leua corda ad te (ſupna gratia).i. pro ſumma miſericordia Tũc ibi. Ut cũ. (Nos queſumus te vt cũ).i. qñ (nubes iudicis).i. xp̄i ceperit clarere repente Uel alia littera. Ut (cũ).i. quando (ceperis clarere).i. fulgere (nubes iudicis).i. xp̄i (rubente) id eſt clareſcente.i. deo ipſo audiente a nobis repellas penas debitas per Adam (⁊ reddas).i. tribuas per gratiam (coronas perditas) per culpam ⁊ inuentam ⁊ collatam ſm̃ meritum per grãm. quia nõ neceſſitate cogente. ſed voluntate.i. gratis a morte liberauit ⁊ ſaluauit Tunc ibi. Gloria tibi domine

O domine ihesu christe (qui ſcandis) ſuper omnes celos (gloria) id eſt laus ⁊ honor. ſit tibi cu; patre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. amen id eſt ſine defectu

Gloria tibi domine. qui ſcandis ſupra ſydera cum patre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen

Ieſu noſtra redeptio (O iheſu noſtra redemptio) tu dico (amor ⁊ deſiderium noſtru;) id eſt amor deſiderabilis (deus creator omnium qui es in fine temporum) factus (homo) Unde deus ⁊ homo ⁊ hoc tamen vltima etate Tũc ibi Que te vicit (Que).i. quanta (clemẽtia) id eſt pietas (vicit) id eſt compulit (vt ferres) id ẽ portares vel deleres (noſtra crimina) ſcilicet peccata tanq̄; (patiens crudelem mortem) crucis pro peccatis noſtris. Et quare tu (tolleres) id eſt liberares (nos a morte) id eſt dyabolo Tunc ibi Inferni clauſtra penetrans. Tu penetrans. id eſt frangens (clauſtra inferni redimens) ſanguine tuo (captiuos) qui tenebantur iuſte in inferno (reſidens ad dexteram patris manens victor triumpho nobili) id eſt mirabili victoria Tunc ibi. Ipſa te cogat Ipſa pietas. que coegit te vt ſubires mortem crucis (cogat) id eſt vincat te (vt ſuperes noſtra mala) id eſt dimittas nobis debita noſtra (⁊ facies nos compotes noſtri voti) id eſt deſiderij (tuo vultu) id eſt tua preſentia

Ieſu noſtra redẽptio amor ⁊ deſiderium. deus creator omnium homo in fine temporum. Que te vicit clementia. vt ferres noſtra crimina. crudelem mortem patiens vt nos a morte tolleres Inferni clauſtra penetrans. tuos captiuos redimens victor triumpho nobili ad dexteram patris reſidens. Ipſa te cogat pietas vt mala noſtra ſuperes parcẽdo ⁊ voti compotes. nos tuo vultu facies

☞ Tu eſto noſtrū. Et tu qui es futurus noſtrū p̄miū (eſto noſtrum gaudium) id eſt in preſenti et in futuro (et noſtra gloꝛia) .i. laus (ſit in te ſemper) id eſt in omni tempoꝛe per cuncta ſecula Amen
Eni creatoꝛ. Materia huius hymni eſt ſpūſſctūs quem pater ⁊ filius pꝛomiſerat quando dixit Joheli. Effundā de ſpiritu meo

Tu eſto noſtrum gaudium. qui es futurus pꝛemium. ſit noſtra in te gloꝛia per cuncta ſemper ſecula Amen

Eni creatoꝛ ſpiritus mentes tuorum viſita. imple ſuperna gratia. que tu creaſti pectoꝛa. Qui paraclitus diceris donū dei altiſſimi fons viuus ignis charitas et ſpiritalis vnctio. Tu ſeptifoꝛmis gratie dextre dei tu digitus tu rite pꝛomiſſum patris ſermone ditans guttura. Accende lumen ſenſibus infunde amoꝛem coꝛdibus infirma noſtri coꝛpoꝛis virtute firmans ꝑpetim.

ſuper omnem carneʒ Filius pꝛomiſit quādo dixit. Si aſſumptus fuero in celum mittam vobis paraclitum. ⁊ apoſtolis oꝛantibus. in hoꝛa tertia mūdus tonuit. ⁊ ſubito venit ſpiritusſanctus et apoſtoli inflammati ſpiritusſancto diuerſis loquebantur linguis magnalia dei. Intentio ē rogare deum vt purget pectoꝛa noſtra ſupno ſplendoꝛe et illuminet gratia ſpiritusſancti. et expellat a nobis viſibiles ⁊ inuiſibiles hoſtes. vt habeamus vitam ꝑmanenteʒ cum ipſo. O creatoꝛ ⁊ o ſancte ſpiritus dei) veni et viſita) mentes tuoꝛuʒ fidelium. ⁊ veniendo (imple pectoꝛa (ſuperna gratia (que tu creaſti) id eſt feciſti ☞ Tunc ibi. Qui paraclitus diceris (Qui ꝑaclitus diceꝛ) .i. cōſolatoꝛ diceris donum dei altiſſimi (et diceris) fons viuus (de quo) nō communicat alienus Uel fons aque ſalientis in terram. ⁊ diceris ignis quia coꝛda hominum ad dilectionem dei ⁊ pꝛoximi accende (et vicia,) id eſt peccata conſumis (et diceris charitas) quia facis diligere deum ⁊ pꝛoximuʒ (et diceris ſpiritalis vnctio) quia de ſpirituali vnctione. id eſt de ſpiritu ſancto (vngis coꝛda hominum) vt humiliētur in ſuſceptione ſacri baptiſmatis ☞ Tunc ibi. Tu ſeptifoꝛmis gratie (Tu es donuʒ ſeptifoꝛmis gratie) id eſt pꝛopter ſeptifoꝛmem gratiam. Septem em̄ ſūt dona ſpiritusſancti. ſcilicet. ſpiritus ſapientie ⁊ intellectus. ſpiritus conſilij et foꝛtitudinis. ſpiritus ſcientie pietatis et amoꝛis. (tu es digitus) id ē potentia (dextre dei) quia ſicut modo digitoꝛū ſunt varij. ita varia ſunt dona ſpiritusſancti. et tu es pꝛomiſſum patris (recte ditans) id eſt faciens diuitias guttura vel pectoꝛa (ſermone rito) id eſt amoꝛe ſolito pꝛomiſſo patris ☞ Tunc ibi. Accende lumen ſenſibus. Et tu qui operaris omnia (accende lumen ſenſibus) id eſt mentibus noſtris (et

infunde cordibus noſtris amorem) .i. delectationem dei (firmans infir/ma) id eſt debilia noſtri corporis (perpetim) id eſt perhenniter. vel (per/peti virtute) .i. mirabiliter cū virtute perpetua (et ſempernos firmans) id eſt protegens ☞ Tunc ibi. Hoſtem repellas (Repellas longius hoſtem) id eſt remoueas eum procul a nobis (et dones pacem protinus) id eſt cito (vitemus omne noxium) id eſt peccatum (ſic te preuio) ſcilicet ductore ¶ Tunc ibi. Per te ſciamus. Da o ſancte ſpiritus vt per te ſciamus patrem. atque noſcamus filium (et credamus te vtriuſque ſpiritum) id eſt procedentem a patre et filio omni tempore Amē.

**Hoſtem repellas longius. pacemque dones protinus ductore ſic te preuio vitemus omne noxium. Per te ſcia/mus da patrem noſcamus atque fili/um te vtriuſque ſpiritum credamus omni temporre.**

**Iam chriſtus aſtra aſcen/derat. regreſſus vnde vene/rat promiſſa patris munera ſanctum daturus ſpiritum. Solennis vrgebat dies. quo myſtico ſeptemplici orbis volutus ſepties ſignat beata tempora**

Iam chriſtus Materia huius hymni eſt eadem que et in premiſſo ſpiritus .i. conſolator vel aduoca/tus dicitur quia conſolatur nos cum ſumus in peccatis trahendo nos ad celeſtem patriam ip/ſe ſpiritusſanctus cū ſplē/dore feruenti apparuit diſcipulis ſuis. quia ſermo igneus futurus erat. ideo in ignea lingua. eis apparuit quia fecit eos ardentes in dilectōne dei et proximi. et perito ſermone affluentes. et hoc eſt quod chriſtus aſcenderat iam ſecundum humanitatem (aſtra) id eſt celos. chriſtus (dico egreſſus) id eſt reuerſus. vnde (venerat daturus) apoſtolis (munera promiſſa patris) ſpiritum ſanctum.

☞ Tunc ibi. Solennis vrgebat (Solennis) eſt eſt feſtiualis dies. (vrgebat) id eſt feſtinabat vel imminebat. ſepties ſeptem que ſunt qua/draginta et nouem. et vno addito quinquaginta Per ſeptem intelligi/mus temporalia. id eſt corporalia. per que ſeptem totum tempus vite noſtre voluitur. in quo debemus liberari a peccatis. vt perueniamus ad illam beatitudinem que intelligitur per vnum et quadraginta dies. in quibus ieiunare debemus. vt peruenire poſſimus ad diem ſabbati. id eſt ad requiem. quo die (miſtico) id eſt figurato (ſeptemplici) id eſt per fi/guram ſeptēplicem (orbis) id eſt ſeptimana (volutus ſepties) id eſt per quadraginta et nouem dies (ſignat beata tempora. ſcilicet futura) id eſt eternam requiem.

¶ Tunc ibi. Dum hora. Et quia chriſtus aſcenderat dum hora tertia videbatur eſſe (cunctis) id eſt omnibus apoſtolis mundus intonat. (repente) id eſt ſubito. et ille ſonus vel mundus nunciat deum veniſſe. (orantibus apoſtolis) id eſt ſimul in vnum locum congregatis (et orantibus et expectantibus promiſſionez dñi ſui) ſcz chriſti cum ipſe de illa ꝑmiſſione eius ante aſcenſionez locutus fuiſſet di. Vado et venio ad vos et mittam vobis paraclitum. id eſt conſolatorez. qui docebit vos omnem veritatem. Et ita facti perfectiores in omni ſcientia erāt. qꝛ diuerſa genera linguarum loquebantur et predicabant magnalia dei.

Dum hora cunctis tercia repente mūdus intonat orantibus apoſtolis deum veniſſe nunciat. De patris ergo lumine decorus ignis almus eſt. qui fida chriſti pectora calore verbi compleat. Jmpleta gaudent viſcera. afflato ſancto ſpiritu. voces diuerſas intonant. fantur dei magnalia. Ex omni gente cogniti grecis latinis barbaris cunctiſqꝫ admirantibus. linguis loquuntur omnibus. Judea tūc incredula veſana toruo ſpiritu ructare muſti crapulam. alumnos criſti concrepat.

¶ Tunc ibi De patris Et quando quidem pater miſit ſpiritum ergo (ignis) id eſt ſpiritꝰ (decorus) id eſt pulcher (eſt almus) de lumine patris qui ſpiritus (compleat) id eſt vt haberent ſcientiam loquendi. pectora apoſtolorum vel hominum (fida) id eſt fidelia chriſti (et hoc cum calore) id eſt ardore ſpiritus ſancti (verbi) id eſt filij.

¶ Tunc ibi. impleta gaudent. Viſcera apoſtolorum (impleta) id eſt ſatiata gaudent. quia fecit eos loquentes. et etiam ardentes in amore (et afflato) id eſt aſpirato ſpirituſancto intonant (diuerſas voces) id eſt generationes omnium linguarum. et fatentur vel fantur (magnalia dei) id eſt mirabilia dei. id eſt predicant nomen dei omnipotentis

¶ Tunc ibi. Ex omni gente cogniti grecis. (Ex omni gente) id eſt ex omnibus gentibus (cogniti ſunt apoſtoli) ſcilicet a grecis. latinis barbaris (cunctiſqꝫ admirantibus apoſtolis loquuntur linguis omnibus. que ſunt quadraginta et decem

¶ Tunc ibi. Judea tunc. Jta loquebantur et omnes admirabantur ſic loquentes et credunt deum in eis eſſe (Sed iudea increpat eas) id eſt plebs iudeorum (incredula) id eſt infidelis. illa dico (veſana) id eſt inſana (toruo ſpiritu) id ē ſupbo (concrepat alumnos) id eſt diſcipulos xp̄i ructare crapulam muſti) id eſt conterminat loqui.

☞ Tunc ibi. Sed ſignis. Eſtimabant iudei ꝙ pro nimio potu muſti

id eſt per ebrietatem apoſtoli taliter loquebantur. ſed petrus( occurrit ſignis) id eſt miraculis ⁊ virtutib;( docet) id probat ꝑfidos iudeos ꝓbauit loqui falſa Johelis ꝓphete teſtimonio probabat enī Johel ſic. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. et prophetabūt filij veſtri ⁊ filie veſtre. ¶ Tunc ibi

Sed ſignis et virtutibus occurrit et docet petrus falſos probauit perfidos Johelis teſtimonio. Sit laus patri cum filio ſancto ſimul paraclito nobiſq; mittat filius chariſma ſancti ſpiritus. Amen

Sit laus. Laus ſit filio ſimul ⁊( ſancto paraclito id ē ſpiritu ſancto( ⁊ mittat nobis omnibus fidelibus (chariſma ) id eſt donū ſanctiſpūs vel donum ſanctiſpiritus.

Beata nobis gaudia anni reduxit orbita. cum ſpiritus paraclitus effulſit in diſcipulos. Ignis vibrante lumine lingue figuram detulit verbis. vt eſſent proflui ⁊ charitate feruidi. Linguis loquuntur omnium turbe pauent gentilium. muſto madere deputant. quos ſpiritus repleuerat.

Beata nobis gaudia. Materia huius hymni ē ſpiritusſcūs quem pater et filius promiſerunt iohel di.( Effundaȝ ) de ſpiritu meo ſuper omneȝ carnem( ⁊ prophetabūt filij veſtri et filie veſtre. ⁊ filius dixit( Si aſſumptus fuero )a vobis (in celum) mittaȝ vobis paraclitum (et apoſtolis ) orantibus(mundus intonat)et venit ſpiritusſanctus (in ſpecie ignis quo apoſtoli inflammati(loquebantur magnalia dei) varijs linguis.

¶ Queritur hic vtrum filius ſit a patre non factus ſed genitus ex preiacenti materia. Dico ex ſubſtantia patris. et non ex aliquo ſed a patre Similiter dico ex proceſſione ſpiritusſancti. quia fit ex patre et filio. et de ſubſtantia vtriuſq; coequalis eis et non ex aliquo factus. nec ex nihilo

¶ Conſtrue (orbita) id eſt reuolutio anni( reduxit nobis) beata gaudia( cum ſpiritus paraclitus effulſit) id eſt reſplenduit in diſcipulos xp̄i.

☞ Tunc ibi. Ignis vibrante. Conſtrue(ignis) id eſt ſpiritusſanctus (cum ſplendore feruenti ) apparuit diſcipulis quia( ſermo eorum ) futurus ignis erat. et ideo in lingua et igne apparuit. quia fecit eos ardentes in dilectione dei et proximi ⁊ pariter ſermone affluentes quod dicitur hic(Ignis ) id eſt ſpiritusſanctus ( detulit figuram ligue vibrante ) id eſt feruente( lumine ſuo) id eſt ſplendore. vt illi apoſtoli et diſcipuli (eſſent proflui) id eſt facundi ( et loquentes varijs linguis ) id eſt varijs verbis( feruidi ) id eſt calidi charitate. Linguis loquuntur Iſti apoſtoli loquuntur linguis ) omnium. et ideo turbe gentilium ( pauent.) id eſt

miranturt(et turbe ille deputant)id ē valde putant(madere)id ē habun dare(muſto)id eſt vino.illos quos ſpirituſſanctus ſuo ſplendore repleſ uerat. ¶ Tunc ibi. Patrata ſunt. Cum filij iſrael.xlix.annis per deſ ſertum erraſſent.in quinquageſimo anno iuxta montem ſynai cum fulgo re et tonitruo legem acceperunt. Item in lege moyſi filij iſrahel emebant ſeruos et āncillas ⁊ agros et poſſidebant.xl.⁊ ix an nos. in quinquageſimo enim anno omnes libeſ rabantur. Inde dicitur annus iubileus id eſt reſ miſſionis.et ſignificat oc tauam diem reſurrectio nis.in qua omnes libeſ rati erāt de ſeruitute diſ aboli(⁊ hec myſtica) id eſt figuratiua ( ſunt patrata)id eſt completa (peracto)id eſt comple to tempore paſce( ſacro numero dierum ) id eſt quinquagenario ( quo numero fit remiſſio )in lege moyſi.

¶ Tūc ibi. Te nunc deus. O pijſſime deus (precamur te nunc )id ē i pñti(largire dona)ſpi rituſſācti(illapſa nobis celitus )i.diuinitꝰ īfuſa

Patrata ſunt hec miſtica paſce per acto tempore ſacro dierum numeſ ro quo lege fit remiſſio. Te nunc deſ us pijſſime vultu precamur cernuo. Il lapſa nobis celitus largire dona ſpiſ ritus.

Ut queant laxis reſonare fiſ bris mira geſtorum famuli tuorum ſolue polluti labij rea tum ſancte iohannes. Nuncius celſ ſo veniens olimpo te patri magnū fo re naſciturum nomen et vite ſeriem ge rendo ordine promit.

Ut queant laxis. Hymnus iſte vitam et mores habitum ⁊ con uerſationem ſancti Johannis baptiſte deſcribit orans et perſua dens.vt eius conſuetudinem imitemur. vt ad eius beatitudinē peruenire mereamur. O ſancte iohannes(ſolue)id eſt relaxa.reatum (la bij)id eſt oris(polluti)id eſt inquinati.vt famuli tui(queant)id eſt poſſ ſint(reſonare mira)id eſt miracula (geſtorum tuorum) id eſt factorum fibris)id eſt venis(laxis)id eſt reſolutis vel apoſtolicis vocibꝫ exoratis.

¶ Tunc ibi. Nuncius celſo veniens olympo. Nuncius celſo eſt ve niens(olympo)id eſt de celo.ſcilicet angelus gabriel veniens olympo. (promit)id eſt nunciat(te fore magnum naſciturum )patri ſuo zacharie et nomen tuum ſimiliter promit.quia dixit Johannes vocetur et promit ſeriem)id eſt ordinem vite gerende dicens. Uinum ⁊ ſiceram non bibet (ordine)id eſt ſm ordinem quem geſſit.

¶ Tunc ibi. Ille promiſſi(Ille)ſcꝫ zacharias(dubius).i.incredulus (promiſſi ſuperni).i.celeſtis ꝓmiſſionis(ꝑdidit ꝓpter modulos loquele

id eſt modum locutionis. Ambroſius dicit ꝙ zacharias vocem amiſerat in conſonantibus. quia eas formare non poterat. ſed tu reformaſti o ſancte Johannes (genitus) id eſt natus (organa) id eſt inſtrumenta (vocis perempte) id ē extincte vocis

☞ Tunc ibi. Ventris obſtruſo poſitus (Et tu poſitus) id eſt recūbens (cubili) id eſt vē tre matris tue (obſtruſo) id eſt clauſo (ſenſeras regem) id eſt chriſtum (manentem) id eſt iacentem (thalamo) id eſt vē tre marie (hinc) id eſt ex hoc ꝙ tu noviſti chriſtū o Iohannes (parens vterqꝫ) ſcꝫ zacharias ⁊ elizabeth. de meritis nati. pandunt (abdita) id eſt prophetauerunt abſcondita. Pater autem dixit. Benedictus dominus deus iſrl'. et hoc nō ſuis meritis. ſed filij. ſcꝫ iohannis. mater autem dixit. Unde euenit mihi ꝙ mater domini mei venit ad me ¶ Tunc ibi. Antra deſerti. O ſancte iohannes tu fugiens (turmas) id eſt turbas ciuiū petiſti (antra id eſt obſcuram ſpeluncam (deſerti) id eſt loci deſolati (ſub teneris annis). i. in etate. xij. ānoꝝ ne poſſes maculare vitam ſanctam (famine) id eſt verbo ocioſo. ocioſum verbum eſt quod aut vtilitate rectitudinis. aut iuſte rōe neceſſitatꝭ caret. famine dico ſaltē leui id eſt ſine bono fructu. ¶ Tunc ibi. Prebuit hirtum. Camelus prebuit (hirtum tegimen) id eſt aſperū veſtimentum (ſacris artubus) id ē ſacris mēbris (bidentes) id eſt oues (prebuerunt ſtropheum) id eſt cingulum (cui) ſcꝫ iohanni (latex) id eſt aqua prebuit hauſtum. ⁊ cui mella prebuerunt paſtum. mella dico ſociata ſibi locuſtis id eſt volatilibus.

☞ Tunc ibi. Ceteri tantum. Ceteri (vatum) id eſt alij prophete. (cecinere) id eſt prophetarunt (tantum) id eſt tantūmodo (cordis preſago id eſt prouido (iubar eſſe affuturum) id eſt chriſtum venturum. ſed tu di

Ille promiſſi dubius ſuperni perdidit prompte modulos loquele. ſed reformaſti genitus perempte organa vocis. Ventris obſtruſo poſitus cubili ſenſeras regem thalamo manentem hinc parens nati meritis vterqꝫ abdita pangit. Antra deſerti teneris ſub annis ciuium turmas fugiens petiſti ne leui ſaltem maculare vitā famine poſſes. Prebuit hyrtum tegimen camelus artubus ſacris ſtropheum bidentes cui latex hauſtum ſociata paſtum melle locuſtis. Ceteri tantum cecinere vatum corde preſago iubar affuturum tu quidem mundi ſcelus auferentem indice prodis.

ſtinct⁹ es ab aliis prophetis dicēs. Ecce agnus dei ⁊c̄. (prodis) id ē oſtē dis chriſtum. ſupple auferentem (ſcelus mundi) id eſt peccatum (indice id eſt cum digito dicēs. Ecce agnus dei ⁊c̄. ¶ Tunc ibi. Non fuit vaſti. Quiſq̧ homo genitus non fuit ſanctior iohanne per ſpacium (vaſti orbis) id eſt ampli mundi. vnde veritas ait. Inter natos mulierū ⁊c̄. Quidam opponunt de xp̄o. ſed non valet. quia de virgine natus eſt. qui iohannes meruit (tingere) id eſt baptiſare (limphis) id eſt aquis iordanis (lauantem) ſcʒ chriſtum purgante (nephas id eſt peccatum (ſecli) id eſt ſeculi. et ē ibi ſyncopa Nimis felix Et qm̄ meruiſti criſtuʒ tingere limphis. tu dico o nimis felix celſi meriti (neſciens id ignorans (labem) id ē ſordem (niuei pudoris) id pulcre caſtitatꝭ (martyr) id eſt teſtis (prepotens) id eſt pre aliis potens dixiſti Ecce agnus dei ⁊c̄. (vel martyr) id ē decollatus (⁊ cultor) id eſt habitator (heremi) id eſt loci ſolitarii. Tu dico maxime vatū. qꝛ propheta et plus q̧ propheta

Non fuit vaſti ſpacium per orbis ſanctior quiſquaʒ genitus Johanne. qui nephas ſecli meruit lauantem tingere limphis.

Nimis felix meritiq̧ celſi neſciens labam niuei pudoris prepotens martyr heremiq̧ cultor maxime vatum Serta terdenis alios coronas aucta crementis. duplicata quoſdam trina centena cumulata fructu te ſacer ornant

¶ Tūc ibi Serta terdenis alios coronas Tres ordines hic notantur. ſcilicet triceſimus. ſexageſimus. ⁊ centeſimus. in quibus continentur omnium hominum ordines. ſcilicet. continentes. coniugati vel virgines. qui et deſignantur per tres viros. ſcilicet per Noe. per Danielem. per Job. per Noe deſignantur coniugati. Per Job continentes. per Danielem virgines deſignantur. Unde legitur in euangelio Alii ſunt in lecto. alii in villa. alii in agro hoc tractatum eſt de euangelio vbi dicitur de ſemine iacto. Aliud ſexageſimuʒ. aliud triceſimū. aliud centeſimum fructum attulit. ideo dicitur hic in littera Serta terdenis alios coronas. (Serta) id eſt corona (terdenis) id eſt triginta (coronas alios) ſcilicet coniugatos. qui habent ſecum fidem ſancte trinitatis ſcilicet patris et filii et ſpiritusſancti. et adherent etiam decem p̄ceptis legis diuine. et illa ſexta duplicata ſunt ſcilicet in ſexageſimum fructum et coronas quoſdam. ſcilicet continentes. qui vixerunt in charitate dei et proximi. et qui habent ſex opera miſericordie et caſtitatis vel charitatis. ſcilicet paſcere ieiunos veſtire nudos potando ſitientes ⁊c̄. ⁊ illa ſexta. id eſt triginta ſuper ſexageſima cumulata ⁊ aucta p̄ augmentatiōem denarii. ſcʒ per decem centeno fructu. i. centeſimo coronas. o ſancte Johānes qui es virgo. quia cēteſimus fructus (coronat) id eſt ornat virgines

☞ Et vt breuius exponamus. A triceſimo fructu vel ordine ꝯiugati. a ſexageſimo continentes. a centeſimo virgines poſt diſſolutõnem corporis et anime coronantur in eterna beatitudine ¶ Et nota ꝙ triceſimus numerus ſurgit a ternario et denario .qꝛ cõiugati habent fideꝫ ſancte trinitatis. et adherent decem preceptis legis. ſexageſimus numerus a ſenario ꝛ denario ſurgit

**Nunc potens noſtri meritis opimis pectoris duros lapides repelle aſperum planans iter et reflexos dirige calles.**

quia continentes habẽt ſex operaſ miſericordie et charitatis ſcꝫ paſcere ieiunos ꝛc̃. Virgines in centeſimo ordine ponũtur. et ſignificant perfectionem. quia centenariꝰ numerus ſurgit a trino triceſimo et denario. id eſt decem ſupaddito. et ita ſunt centum. Per. c. numerus perfectus intelligitur. ꝛ in hoc ordine fuit beatus Johãnes nõ abſurde immo aperte ſm̃ loquelam digitorum. Per triceſimum numerum coniugatorum. ꝛ per ſexageſimum continentium per centeſimũ virginum merces accipitur. Periti enim prima computatione articulorum (quam appellant loquelam digitoruꝫ) dicunt qm̃ in ſiniſtra manu ꝑ quã vita temporalis intelligitur vſqꝫ in nonaginta nouem ſolebant computare. Centum autem ꝛ deinde in dextera parte per quam celeſtis vita deſignatur. Unde de quodam centenario habemus in quodam libro ſic. Iam dextera computat annos. In hoc loco autor facit numerum ſuum per quinqꝫ digitos manus. ſcꝫ per policem. per indicem. per medium. medicum. et auricularem. Auricularis in palma poſitus ſignificat vnitatẽ Medicus cum ipſo poſitus duo ſignificat. Medius cum ipſis poſitis. ſcꝫ in medio. tria ſignificat. deinde nihil. Auriculareꝫ erectus medico ꝛ medio iacentibus quatuor ſignificat. Medicus cum illo erectus medio iacẽte in palma quinqꝫ deſignat. Medius cum illis erectus ſex ſignificat. Item articularis in palma extenſus ſeptem ſignificat. Medicus eodem modo poſitus in palma octo ſignificat Medius ſimili modo poſitus nouem ſignificat. Index qui vſqꝫ hoc nil fecit predicto modo poſitus decem ſignificat. Amplexu pollicis adiunctus. xxx. ſignificat. ꝑ quem numeruꝫ ſatis congrue accipitur merces ꝯiugatorum propter illorum mollem amplexum: et vite dilectionem et ꝯcordiam. Pollex ſiquidem cum indice firmiter aſtrictus ſexaginta ſignificat. Per quem numerum ſatis competenter accipitur merces ꝯtinentiũ. graue em̃ eſt ab amplexu et voluptuoſa delectatione ꝛ ꝯſuetudine abſtinere. Vñ ſcriptum eſt. Nil cõſuetudine maius. In dextera dicitur centum. per numerum qui fit in dextra pᵗe vita celeſtis intelligiᵗ ꝑ quẽ nõ immerito accipiᵗ merces virginũ. qꝛ ĩ hac vita mundã ꝛ immaculatã vitã celeſtẽ ꝛ angelicaꝫ inq̃ꝫtum pñt ducunt.

¶ Tũc ibi. Nũc potens. Et qꝛ tu talis es. o ſcẽ iohẽs (potens nunc repellere) id eſt remouere (duros lapides) id ẽ incredulitates noſtri pectoris (meritis opimis) .i. fertilibus et magnis et fecundis (planans iter aſperum) .i. petroſum (ꝛ dirige calles reflexos) id eſt curuos in peccatis.

¶ Ut pius. Ut pius ſator. ꝛ dicitur a ſero ſeris .i. creator mundi et re
demptor mentibus puris (pulſa liuione) .i. liuore abiecta (venenoſa ſor/
de (viciorum. ſaluator veniens (dignetur ponere greſſus ſacratos). id eſt
ſancta itinera (rite) .i. ſine offenſione. ¶ Tūc ibi laudibus ciues (Su
perni ciues) .i. celeſtes angeli (celebrant te laudibus. o deus (ſimplex) ſcꝫ
ſubſtātia carens ꝑtibus
(ꝛ trine) .ſ. in ꝑſonis. pa
riter ꝛ nos (ſupplices) .i.
humiles (precamur ve/
niam) .i. indulgentiam
(parce redemtis .id ē di
mitte nobis redemptis
peccta noſtraqꝫ redemi
ſti nos ſanguine tuo pro
prio (Amē) .i. ſine fine

Ut pius mundi ſator et redemptor
mentibus pulſa liuione puris rite di/
gnetur veniens ſacratos ponere greſ/
ſus. Laudibus ciues celebrant ſup
ni te deus ſimplex pariterqꝫ trine. ſu/
plices et nos veniam precamur par/
ce redemptis

† Elix per omnes feſtum mun/
di cardines. apoſtolorum p̄/
pollet alacriter petri beati pauli ſacra
tiſſimi. quos chriſtus almo conſecra
uit ſanguine. eccleſiarum deputauit
principes: Hi ſunt oliue due coram
domino et candelabra luce radientia
preclara celi duo luminaria. fortia. ſol
uunt peccatorū vincula: portas olym
phi reſerant fidelibus.

Elix ꝑ oēs Hic
laudat autor de
um in cōmemo
ratione petri et pauli. q̄
deputauit illos eſſe prin
cipes eccleſie. et poteſta/
tem dedit illis ligandi
et ſoluendi vincula pec/
catorum. vnde rogamꝰ
eos. vt reddant nos de
uotos fide et ſpe robu/
ſtos et repletos fonte ge
mine charitatis. impe/
trare ab eis viuere poſt
mortem apoſtolorum.
(feſtum felix) .i. beatum
vel letum (prepollet ala
criter) id ē iocoſe p̄ aliꝭ
ſplendet) per oīes car/
dines) .i. ꝑ omnia elemē
ta .ſ. ꝑ oēs partes mun/
di. apoſtolorūꝫ dico petri beati pauli, ſacratiſſimi. quos apoſtolos chriſtꝰ
(conſecrauit almo ſanguine (et deputauit) conſtituit eos eſſe principes
eccleſiarum ¶ Tunc ibi Hi ſunt oliue due. Hi ſunt due oliue
et due arbores fructuoſe et redolentes. et ſunt candelabra radiencia lu/
ce coram domino. ſcilicet cum lumine virtutum quia dominus non poſu
it eos ſub modio abſconditos. ſed ſuper candelabra. id eſt ī maiori clari/
tate ſiue charitate ſcilicet rhomana ciuitate. vel duo preclara luminaria
celi ſoluunt et rumpunt fortia vincula peccatorū (et reſerant iſti duo por
tas) id eſt aperiunt (olimphi) id eſt celi (fidelibus) .i. chriſtianis hominibꝰ

¶ Tunc ibi Habent ſupernā. Et ipſi ſcꝫ petrus ⁊ paulus (hñt poteſtatē claudere ſupnas ſedes) .i. celeſtes. ⁊ hñt poteſtatē claudere ſermōne .i. ſolo verbo (vt) .i. ſicut clauſit ananie ⁊ ſaphire cum petrus dixit. pecunia tecum ſit .i. peccata tecum ſint in perditōnem (⁊ pandere) .i. aperire (ſplendentia lumina poli. lingue eorum claues facte ſunt ſuper alta ſydera. id eſt ſuper omnes doctores eccleſiarum (⁊ repellunt laruas) id eſt culturas idolatrie Larua quoddam monſtrū eſt. ⁊ in vultu hominis ē vt pauorem inferat per quod fantaſias nocturnas intelligimus peccatorum. quas apoſtoli repellunt ab eis. qui eos ſequuntur. Nota ꝙ aliud eſt latria aliud lateracenſis cultura. aliud idolatria. Latria eſt ſeruitus dei. Idolatra eſt ille qui ſeruit ydolis. Idolatria eſt cultura ydoli. ydolū eſt ymago. Item ydolatriū ē oblatio ydolorum. Item lateracenſis grece dr̄ ſeruitus latine deo qui debetur ⁊ homini ⁊ vnicuiqꝫ. Dulia igitur dicitur cultura q̄ ſoli deo debetur Latria diſtincte accipitur de deo ⁊ de dyabolo. ⁊ componitur inde ydolatria cultura ydoli. ⁊ declinatur hoc ydolū ydoli. ⁊ hec latria latrie. que eſt ſeruitus ⁊ ydolatria cultura ydoli dyabolo facta que ſoli deo debetur ydolis datur quo oſtenditur ꝙ homo chriſtus vt deus adorandus ſit Dulia in tribus partibus diuiditur. in magna. maiori. maxima. Maxima parte adoratur caro chriſti. In maiori beata virgo Maria ⁊ omnes ſancti. In magna maiores noſtri adorantur. venerantur vltra limites mundi. extra eccleſiam hactenus commendauit autor vtrumqꝫ ſcilicet petrum ⁊ paulum. modo vult tantūmodo petrum ꝯmendare.

Habent ſupernam poteſtatem claudere ſermone ſedes pandere ſplendētia lumina poli ſuper alta ſydera. lingue eorum claues celi facte ſunt. laruas repellunt vltra mundi limitem.

Petrus cathenarum laqueos chriſto iubente rupit mirabiliter. cuſtos ouilis et doctor eccleſie paſtor gregis cōſeruator ouium arcet lupoꝝ truculentum rabiem

Petrus cathenarum. Beatus (petrus rupit laqueos cathenarum). quia ceciderunt cathene de manibus eius per angelum nūciantem (mirabiliter) id eſt fortiter (chriſto iubente ⁊ ipe cuſtos ouilis ⁊ doctor fidelis. eccleſie ⁊ paſtor gregis) chriſtiani ⁊ (conſeruator omniū fidelium arcet) id eſt repellat (truculentum) id eſt crudelem (rabiem luporum) id eſt demonum vel hereticorum.

¶ Quodcunqꝫ vinclis Quodcūqꝫ vinclis .i. vibramine ſententiarū
ꝯſtrinxerit) id eſt conſtringet erit ligatum (in aſtris) .i. in celis . ⁊ quod
ſoluerit in terris (arbitrio) id eſt iudicio ſuo erit ſolutum ſuper radium ſo
lis vel celi et erit iudex ſe
culi in fine mundi.

Quodcunqꝫ vinclis ſuper terram
ſtrinxerit. erit in aſtris religatum for
titer et quod reſoluit in terris arbitrio
erit ſolutum ſuper celi radium in fine
mundi iudex erit ſeculi Nō impar
paulus huic doctor gentium electio
nis templum ſacratiſſimum in mor
te compar in corona particeps am/
bo lucerne et decus eccl̄e in orbe claro
choruſcat vibramine. O rhoma fe/
lix que tantorum principum es pur
purata precioſo ſanguine excedis om
nem mundi pulchritudinem non lau
de tua ſed ſanctorum meritis q̄s cru
entatis iugulaſti gladijs Vos ergo
ſcī glorioſi martires petre btē paule
mūdi liliū celeſtis aule triūphales mi
lites p̄cibus almis noſtris nos ab oī
bus munite mal'. ferte ſuper ethera.

Tunc ibi. Non impar.
Petrus erat talis qua/
lis ſuperius oſtenditur.
ſed paulus nō impar hu
ic ſcilicꝫ petro equalis do
ctor gentium et ſacratiſ/
ſimum (templum) id eſt
vas electionis et in mor
te et in paſſione (cōpar)
id eſt equals huic ⁊ in co
rona particeps concors
ambo illi lucerne ſunt et
(decus) id eſt honor ec/
cleſie choruſcant (claro
vibramine) id ē magno
ſplendore (in orbe) id eſt
in mundo. et autor rho/
mam ꝯmmendat dicēs
¶ Tunc ibi. O rho/
ma felix. O rhoma (fe/
lix) id eſt beata es que
(purpurata) id eſt deco
rata. precioſo ſanguine
martyrum qui paſſi ſūt
tantorū (principum) id
eſt tam magnorum ſcili/
cet petri et pauli (exce/
dis) id eſt excellis . om/
nem pulchritudinē mū
di. ſꝫ meritis ſcilicꝫ ſanc
torū ꝓpter ſanctos quos
iugulaſti) .i. interfeciſti
(gladijs cruētatis) id ē
ſanguinolentis. q̄ꝛ in te
occiſi ſunt Tunc ibi.
Vos ergo Et q̄ꝛ habe/
tis poteſtatē ligādi atqꝫ
ſoluendi. ergo o martyr/
res glorioſi. ſ. petre et paule (liliū) .i. ornamētū vel flos mūdi ⁊ milites ce
leſtis aule pallacij (triumphales) id ē victorioſi (munite) id eſt defēdite

nos ab oībus malis noſtris almis p̄cibus ⁊ cōferte nos ſuꝑ ethera. id ē vſqꝫ ad ethereū celuꝫ ¶ Tūc ibi Gloria deo (Gloria ſit deo patri ꝑ immē ſa ſecula).i.ꝑ immutabilia ſecula. o tu (nate).i. fili dei viui (decus ⁊ imperium) qui imperas celo ⁊ terre ⁊ mari (ſit tibi honor ⁊ ptās ſit ſpūiſancto indiuidua).i. inſeꝑabilis (ſalus ſit trinitati) q̄ trinitas ſcꝫ vnus deus eſt ſalus oīm gentiuꝫ (ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ) id eſt in eternū (Amē) id eſt ſine fine.

Gloria deo per immenſa ſecula ſit tibi nate decus imperium honor poteſtas ſanctoqꝫ ſpiritui ſit trinitati ſalus indiuidua per infinita ſeculorum ſecula Amen.

Unc tempus ꝛc. Hymnus iſte q̄dragesimalis eſt.in quo autor glorioſum hoc tēpus ieiunij plurimū recōmendat.quatenꝰ ꝓderit cordibꝫ ſaucijs rogās finaliter.vt hoc mediante ieiunio poſſit feliciter appetere ꝑhenne paſca. Exordit̄ ergo primo ſic Acceptabile tempus ).i.ydoneū acceptū ꝛ delectabile ( datū ).i.ꝯceſſum ordinatū ꝛ inſtitutū( diuinitus ).i.a deo( fulget ).i.ſplendet apparet vel currit ( nūc )ad hoc ſcȝ(vt medela).i. medicina)ꝑcimonie ).i.ieiunij(ſanet) .i.ſanū reddat (languidū orbem ).i.infirmū genus humanū.quo ad corpus ſcȝ.qꝛ natura hoc tꝑe ſe purgare ſolet adiuta ꝟtute naturali ſolis aſcēdentis.ꝛ quo ad animam.vt dicet verſus ſequens Tūc ibi. Criſte decoro. O ( xp̄e dies ſalutis)ſcȝ vt redeamus ad te(emicat).i.ſplendet ( decoro lumine).i.pulchra claritate(dum) pro qn̄ ( abſtinētia )cibi ꝛ potus (reformet ).i.reparet vel iterū ſanet( corda ſaucia).i.vulnerata(culpis ).i. peccatis Abſtinentia em̄ hoiem qualificatū facit.ad recogitandū ſe ꝛ redeundū ad cor. Ex qua re ſequi ſolet contritio ꝛ ꝯfeſſio ꝛ ſuſcipi ac perfici condigna penitētia.que ſunt medicina ꝛ ſalus ſaucie ꝛ peccatricis anime quare orat vt ſequitur Tunc ibi Hanc mente O( deus perfice)id ē fac(nos tenere).i.ſeruare( hanc)abſtinentiam(mente ).i.in anima (ꝛ corpore) in illum finem videlicet(vt appetamus).i.deſideremus( perhenne paſcha )id eſt chriſtum ihesum poſt hanc vitam (proſpero tranſitu )id eſt felici curſu in hac vita.

o Nazarene dux. Jſte hymnus pulcherrimus eſt pro quadrageſi-
ma diuini miſterij pariter et humilitatis ſtudij locupletiſſimus ha-
bens complures verſus preter hos tres. ſed illi cōmuniter nō cantantur.
Quibus omiſſis in horum trium verſuum primo autor inuocat chriſtuz
vt ſanctificet noſtrum ieiunium. Jn ſecundo recōmendat ipſum ieiuniuz
Jn tercio laudatur trinitas.

Nazarene dux bethleem. ver-
bum patris. quem partus al-
ui virginalis protulit. adeſto caſtis cri-
ſte parcimonijs. feſtumqꝫ noſtruz rex
ſerenus aſpice ieiuniorum dum lita-
mus victimaz Nil hoc profecto pu-
rius miſterio. quo fibra cordis expia-
tur liuidi intemperata quo domentur
viſcera. aruinam putrem ne reſudans
crapula obſtrangulate mentis inge-
nium premat. Sit trinitate
in vnitate gloria. vnitati in trinitati
gratia. poteſtas. honor. atqꝫ iubila-
tio noſtra benigne cū beniuolētia ieiu-
niorꝫ acceptāti mūera Amen

Primus verſus hoc
dicit (O xp̄e ieſu nazare-
ne).i. de nazareth. quia
ibi nutritus erat ieſus
(dux bethleez) vbi erat
natus. iuxta illud Beth-
leem non es minima ꝛc.
ex te eīm exiet dux ꝛc. (ver-
bum).i. filius (patris)
in diuinis (quez) chriſtū
(partus).i. generatō (vir-
ginalis alui).i. vteri vir-
ginis marie (protulit).i.
produxit in mundū (ad-
eſto caſtis ꝑcimonijs).i.
faueas et auxilio ſis ab-
ſtinentijs caſtitatē indu-
cētibꝰ. vt debite impleā-
tur a tuis fidelibꝰ (et) ꝑ
et tu xp̄e (ſerenus rex)
.i. clarus vel inclitus rex
(aſpice noſtrum feſtuz)
.i. gratā habe noſtrā fe-
ſtiuitatē ꝛ ſolēnizatōem
(dum) ꝑ qn̄ (nos lita-
mus).i. ſacrificamꝰ vel
offerimus (victimam) id eſt ſacrificium (ieiuniorum) quibus ieiunamꝰ
in tui ieiunij memoriam et honorem ☞ Tunc ibi nil hoc profecto
Profecto).i. certe (nil).i. nihil eſt (purius).i. clarius melius vel mundi-
us (hoc miſterio) ſcꝫ ieiunio. qd̄ miſticam virtutem ꝛ opatōem in ſe habꝫ
vt ſequitur (quo) miſterio (fibra).i. vena ꝛ meatus (liuidi cordis).i. inui-
di (expiatur).i. expurgatᷣ. ita qꝫ ꝑ virtutem ieiunij omnis inuidia a corde re-
pellatᷣ ꝛ hoc ꝑmo (quo) inſuꝑ miſterio ieiunij (intꝑata viſcera).i. male diſ-
poſita interiora ad ſanitatē ꝛ ſeruitiū deo exhibendum (domentᷣ).i. corri-
ganᷣ (ne) ꝑ vt nō (vt crapula).i. guloſitas (reſudās).i. ſtillans ꝛ iteruz ꝑ
ſudorem emittens (putrem aruinā).i. putrida ꝛ innaturalem pinguedi-
nem (ꝑmat).i. deſtruat vel ſuffocet (ingeniū).i. intellectū (obſtrāgulate
mētis).i. ſuffocatis cordi ſiue aīe ꝑ nimiā crapulā. Jntellectus etiā nr̄ de-
pendet a ſenſu. ꝛ ſenſus ab organis corporeis. qbꝰ impeditis ꝛ grauatis ꝑ
crapulam ſequitur etiā impedimētum in virtute intellectiua. ꝛ h̄ ſcd̄o. Et

ſic ex hoc textu colligi pñt duo effectus ieiunij .ſ. inuidie a corde expulſio. ⁊ organoꝝ corporeoꝝ melior diſpoſitio. vt exinde intellectus liberius ſuas habeat operationes ☞ Tūc ibi. Sit trinitati (Gloria) .i. laus (ſit trinitati) pſonaꝝ (in vnitate) eſſentie. ⁊ (grā) .i. fauor ⁊ dilectio (ſit vnitati in trinitate) ſilr (poteſtas honor atq; iubilatio) .i. leticia sc ſit trinitati dico et vnitati (acceptanti benigne) id eſt recipienti pro grato (cum beniuolentia) id eſt pietate ⁊ bono animo ſiue voluntate (munera) .i. dona. in idē redit (ieiunioꝝ) noſtrorū. hoc eſt. Gloria ſit trinitati ⁊ vnitati ⁊c. de hꝫ ꝙ benigne. recipiat nrā ieiunia tanq; ſibi grata et accepta. quod vt fiat etiā orauit ꝓſus ꝓmus.

Cultor dei memento te fontis ⁊ lauacri rorem ſubiſſe ſanctum te criſmate innouatum

Fac cum vocante ſomno. caſtum petis cubile. frōtem locumq; cordis crucis figura ſignet

Crucis pellit omne crimen. fugiunt crucem tenebre. tali dicata ſigno mēs fluctuare neſcit.

Cultor dei Autor pñtis hymni dicit fuiſſe Prudentius. ⁊ ſolet cantari ab eccleſia quadrageſimali tpe. in quo hymno idem Prudentius alloquitur quēlibꝫ xp̄i fidelem. vt ſit memor beneficioꝝ dei cum ꝯſilio. vt iturus ad quietē nocturnam ſignet ſe ſigno ſancte crucis Cuius rōnē ſubdit. ⁊ deīn exclamationē facit ꝯtra ſegniciē ſomnioꝝ. atq; verſutiaꝝ dyaboli. apoſtrophādo ad eundē. ſicut videbimꝰ in ꝓceſſu. Dicit ſic (o cultor dei) .i. o xp̄i fidelis colens deum (memento) .i. recordare (te ſubiſſe) .i. intraſſe (ſcā rorē fontis ⁊ lauacri) .i. te mundatum eſſe ſpirituali lotione in ſacro baptiſmate. ac per hoc mundatū ab originali peccato Et o cultor dei memento (te innouatū) .i. regeneratū (criſmate) .i. oleo ſancto. ac p hoc ꝓtectū ⁊ armatū ꝯtra impugnatōes dyaboli. Ecce duo magna beneficia collata hoī criſtiano a deo Primo ꝙ baptiſatus ſit ꝯtra peccatum originale Secūdo ꝙ ſit criſmate vnctus ꝯtra impugnatōes dyaboli. Cui regi etiam aliud conſilium ſubiungit circa quietē nocturnā in ſequēti ꝟſu ☞ Tūc ibi Fac cum vocante. O cultor dei (fac cum) p qñ (petis) .i. accedis (caſtū cubile) .i. mundū ⁊ tuum locum nocturne quietis (ſomno vocante) .i. ſopore id exigente ⁊ incitante ꝙ (figura) .i. ſignū ſancte crucis ſignet (frontē locūq; cordis) .i. pectꝰ tuū ꝓpter miſteriū paſſionis dñice. quod p ſignū repſentatur ⁊ effectum operatur ſequentē. ☞ Tunc ibi Crux pellit (crux) .i. ſignū crucis vel paſſio dñi (pellit) .i. remouet vel fugat (omne crimen) .i. peccatum ſeu malum. ⁊ (tenebre) .i. ꝑicula tenebraꝝ ſiue miſerie nocturne (fugiunt crucem nox em̄ eſt amica predonibꝫ .i. dyabolis nocturno tempore hominē inuadentibꝫ. ⁊ ꝯtra illos facit ſignū crucis nō ſolum q̄tum ad corpus. ſed etiā quantū ad animā q2 (mens) .i. aīa (dicata) .i. ſignata

vel ꝯfirmata (tali ſigno) ſancte crucis (neſcit fluctuare) .i. dubitare de fi-
de. et errare a ꝯſcientia intentōis virtuoſe ꝓpter pigriciem ꝛ portenta ſiue
apparitōnes vanas ſomniorum. contra que exclamat verſus ſequens. vel
ꝓpter ſuggeſtiones dyaboli. de quibus ſunt verſus alij deinde ſequentes
¶ Tunc ibi Procul o procul. Exclamat contra ſomnia ꝛ contra in-
uentorē ſiue preſentatorem ſomniorum (Portentia) id eſt signa (ſomniorum vagantum) id ē apparitionum vagarum in ſomnis. ſint (procul) .i. longe vel remote (o ꝓcul) reſumit cū maioris vehemētie. et o tu (preſtigiator) .i. deceptor et illuſor ſenſuum humanoꝝ dyabole (ꝑnicaci aſtu) .i. ꝑſeueranti violenta et importuna ſiue ꝓterua ac improba calliditate decipiendi (eſto) .i. ſis (procul) id ē longe. Item preſtigium ē ſpēs. magice artis. qua ludificantur et decipiunt oculi hominū. vt ſcȝ appareat id quod non eſt

Procul o procul vagantum porten-
ta ſomniorum procul eſto pernicaci
preſtigiator aſtu.

O tortuoſe ſerpens qui mille per me
andros fraudesqȝ flexuoſas agitas
quieta corda

Diſcede. criſtus hic eſt. hic chriſtus
eſt. liqueſce. ſignum quod ipſe noſti
damnat tuam cateruam

Corpus licet fatiſcens iaceat recline
paululum. chriſtum tamen ſub ipſo
meditabitur ſopore

☞ Tunc ibi O tortuoſe. Apoſtrophat ad eundem preſtigiatorem dyabolum. obteſtans vt recedat a nobis. Et legant duo verſus ſimul hoc mō (O tortuoſe ſerpens) .i. malicioſe demon (qui agitas) .i. turbas et ꝯmoues (quieta corda) .i. pacificas mentes (ꝑ mille meādros) .i. ꝑ varios modos decipiendi Meander ꝓ flexuoſitate animi ponitur hic metaforice ſtat ꝓ obliqͥs ꝛ indirectis circuitionibꝰ dyaboli ad decipiendū (ꝙ) ꝓ et (flexuoſas fraudes) .i. inuolutas ꝛ intricatas deceptōes tuas. Flexuoſum dr̄ qđ plures flexuras .i. curuaturas ꝛ inuolutōes hȝ. vt ſerpēs cū ſe inuoluit. hic aūt metaphorice ponit̄. qui em̄ defraudare intendit recta via nō ꝓcedit. ſȝ oblique ꝛ flexuoſe. Tunc ibi diſcede. O tortuoſe ſerpens (diſcede) .i. fuge et recede. qꝛ (xp̄s eſt hic) .i. adeſt nobis. ꝛ (liqueſce .i. euaneſce. metaphora eſt. ſicut cera dr̄ liqueſcere a calore ſolis. qꝛ (xp̄s eſt hic) ſcilicȝ ad defenſionem nr̄am. Reſumit̄ illa clauſula xp̄s eſt hic ꝛc. ad exprimendū vehementiā indignatōis ꝯtra dyabolū ꝛ ad incutiēdū illi maiorē terrorē. ymmo (ſignū) ſcȝ crucis (qđ tu ipſe noſti) .i. nouiſti (dānat) .i. deſtruit (tuā caterua) .i. tuā ſocietatē Tunc ibi Corpꝰ licȝ Reſpondet ad id qđ dyabolus obijcere poſſet de torpore ꝛ imbecillitate corꝑis dormientis. ne ſibi in illa re ꝯfidere debeat dyabolus. credēs ſe ꝑ illā liberiꝰ inuadere poſſe hoīeȝ quieſcentē qꝛ (licȝ) .i. ꝙuis (corpꝰ fatiſcēs) .i. fatigatū

ex laboribꝫ diurnis (iaceat paululū) .i. modicum (reclive) .i. baſſum ⁊ requie capienda (tamen) nichilominus (meditabitur xpm) .i. cogitabit de xpo (ſub ipſo ſopore) .i. tpe ſomni ⁊ dormitōis ſue. iuxta illud Media nocte ſurgebāt ad ꝯfitendū tibi. Iſtud etiā ſic poteſt intelligi. Quāuis nunc fragiliter declinet hō a mandatis dei. ſtatim tñ diuina gratia cooperante in cognitione dei et emendationem vite debet reſipiſcere poſſe et reuerti

Tunc ibi Gloria eterno patri. dicitur ſancte trinitati laus. Expoſitō ſatis clara eſt

Gloria eterno patri. et chriſto vero regi paraclitoqꝫ ſancto. et nunc in perpetuum. Amen

Magno ſalutis gaudio letetur omne ſeculum. ieſus redemptor omnium ſanauit orbem languidū

Sex ante paſce ferias aduenit in bethaniam. vbi pie poſt triduum reſuſcitauit lazarum.

Nardi maria piſtici ſumpſit libram mox optimi: vnxit beatos domini pedes rigando lachrymis.

Magno ſalutis ⁊c. ad dominicaꝫ palmaꝝ ptinet pñs hymnꝰ In quo autor pro pmo hortatur omne ſeculum ad gaudium ſuper ſui redemptōne. Deinde narrat hyſtoriaꝫ ingreſſus dominici hac die in ciuitatem iheruſalem longius repetendo ab aduentu ſuo in bethaniam. et ibidem de reſuſcitatōne lazari. ac rigatione pedū domini tractatur que per mariam magdalenam. Tandem exclamat de excellenti humilitate domini. quia in aſino venire voluit ⁊c. Primo dicit ſic (Omne ſeculum) .i. quilibet xpifidelis de hoc ſeculo (letetur) gratuletur (magno gaudio ſalutis) .i. multiplici leticia ob ſalutem ſuam. vt ſit regimen finale. Rō ſequitur. qꝛ (ihs redemptor omniū) hoīm (ſanauit) .i. ſaluauit vel redemit (languidum orbem) .i. infirmū mundū ex puaricatione ade Et iſtud fecit dñs ꝓpria morte ſua volūtarie aſſumpta ꝓ nobis Cuiꝰ paſſionis tēpus mō appropinqbat. ⁊ initiū habebat vt ſeqtur.

Tunc ibi. Sex ante paſce. ſpc ieſus (aduenit i bethaniā ante ſex ferias .i. dies (paſce) .i. illius ſolēnitatis iudeorum (vbi) .i. in qua bethania idem ieſus (reſuſcitauit) .i. a morte reuocauit ad vitam (pie) .i. ex pietate ſua. (lazarum) fratreꝫ marthe ⁊ marie magdalene ſororꝫ ⁊ hoſpitaꝝ domini (poſt triduuꝫ) .i. poſt tres dies quibꝫ lazarus mortuus fuerat ⁊ ſepultus et ita in aduentu ſuo dñs quadriduanū fetentē in ſepulchro ipm inuenit et reſuſcitauit. Hyſtoria videri poteſt in euāgelio Tūc ibi. Nardi maria ⁊c. (Maria) magdalena (ſumpſit mox) .i. ꝯfeſtim (librā) .i. pondus vel mēſuram quandā (optimi piſtici nardi) .i. fidelis ⁊ nō ſophiſticati aromatis ſiue vnguēti. Piſtin em̄ grece dr fidele latine. ⁊ eſt vnguentū factū de intrinſeco nardi. i. de ſucco talis arboris. Et (vnxit) .i. liniuit (beatos

pedes domini)cum dicto vngento(rigando).i.humectando ⁊ lauãdo eoſdem pedes cum(lachrymis)ſcꝫ ſuis. Rõne cuius obſequij beata maria magdalena multũ placuit dño.ita vt dimitteret ei dñs peccata multa.q2 ipſam valde dilexerat.ſicut iam patuit.q2 primo meruit videre dominũ poſtq̃ reſurrexit ☞ Tũc ibi(Poſt hec iugalis)Jã venit autor ad factuꝫ huius diei In quo apparuit magna humilitas chriſti.de q̃ exclamat verſus ſequẽs

Poſt hec iugalis aſine ieſus ſupernus arbiter pullo ſedebat.inclitam pergebat hieroſolimam. O q̃ ſtupenda pietas mira dei clementia.ſeſſor aſelli fieri dignatus autor ſeculi

Honor decus imperium ſit trinitati vnice patri nato paraclito per infinita ſecula Amen

Ex chriſte factor omnium redẽptor et credentium. placare votis ſupplicum te laudibus colentium

Cuius benigna gratia crucis per alma vulnera. virtute ſoluit ardua primi parentis vincula

Et dicit(Poſt hec)id eſt predicta(iheſus ſupernꝰ arbiter).i.celeſtis iudex ſiue mediator inter deũ ⁊ peccatorẽ(ſedebat pullo).i.ſup iumentum(iugalis aſine)ſcꝫ q̃ ad iugum ire ſolet. Iugũ dicit̃ illud lignuꝫ qð collis boũ imponit̃ ad arãdum.et(pergebat).i.tẽdebat(inclitam iheroſolimam).i.ad preclarã ciuitatem iheruſalem.in q̃ dñs paſſionẽ ſuã ſubiturus erat ☞ Tũc ibi O q̃ ſtupenda(O q̃)id eſt q̃tum(ſtupenda)id eſt admiranda ẽ(pietas).i.benignitas dei.o q̃ mira clemẽtia dei).i. mirabilis bonitas.q2(autor ſeculi).i.creator mũdi(dignitas eſt).i.voluit(fieri ſeſſor aſelli).i.equitator pulli aſine.qui potuiſſet ſibi habuiſſe p̃cioſiſſimũ equũ totius mundi ſi voluiſſet.ſed noluit vt exemplũ humilitatis nobis daret.Oĩs eñ chriſti actio noſtra eſt inſtructio.vt ibi Diſcite a me.q2 mitis ſum et humilis corde ☞ Tunc ibi Honor decꝰ) (Honor decus imperiũ).i.poteſtas(ſit)reddẽda ſingula ſingulis(vnice)in eſſentia(trinitati)pſonaꝝ.ſcꝫ(patri nato).i.filio(paraclito)ſpirituiſancto(per ſecula infinita)hoc eſt eternaliter Amen

(Ex chriſte)Jſte hymnus ſolet decantari tp̃e paſſionis dñi.Et eſt materia eius obſecratio ad chriſtũ p paſſionẽ ⁊ humiliatõeꝫ ſuã.que recitant̃ in ordine cum ſignis certis tunc intercurrẽtibꝰ Et dicit.O(rex chriſte factor omniũ)rerũ(⁊ redemptor credentiũ).i. fideliũ tuoꝝ(placare)vt reconcilieris de offenſis(votis).i.deſiderijs et bonis affectibꝰ(ſupplicũ).i.deuotoꝝ tuoꝝ(colẽtiũ).i.honorãtiũ(te laudibꝰ(ſuis Tũc ibi.Cuius benigna(Cuiꝰ)ſcilicꝫ xp̃i(benigna gratia)volũtaria bonitas(ſoluit).i.diſſigat(vincula primi parẽtis).ſ.ade

quibus vinculis tenebamur ligati ꝓpter peccatum ade.ardua virtute.id ē magna poteſtate.quia eſt diuina.et hoc per alma vulnera crucis.id eſt inflicta ſibi in cruce.q̄ꝝ vulnerū liuore ꝛ dolore ſanati ſumus de peccato originali ade ꝛ reſtituit regno dei. Nemo em̄ ad illā rē aſſumendā inueniebaꝛ ydone⁹ niſi fili⁹ dei.q ꝓpterea ſemetipm̄ hūiliauit ꝛ fecit vt partim iam dictū eſt.et etiā vt ſequitur

Qui es creator ſiderum tegmen ſubiſti carneum.dignatus hanc viliſſimam pati doloris formulam

Ligatus es vt ſolueres mundi ruentis ꝯplices.per probra tergēs crimina.que mūdus auxit plurima

Cruci redemptor figeris.terram ſed omnem concutis.tradis potētem ſpiritum.nigreſcit atq; ſeculum

Mox in paterne glorie victor ſplendens culmine.cum ſpiritus munimine.defende nos rex optime

☞ Tunc ibi. Qui es (qui es creator ſyderū) id eſt ꝯditor ſtellarū (ſubiſti).i.induiſti (carneum tegmen).i.humanū corpus ex maria virgine (dignatus).i.volens ꝓ nobis (pati hāc viliſſimā formulam).i.deſpectiſſimū gen⁹ (doloris).i.pene ſcz crucis.que mors inter alias penas turpiſſima dicit ꝛ ignominoſiſſima.iuxta illd. Morte turpiſſima cōdemnem⁹ eum ſcz crucis

☞ Tūc ibi. (Ligatus es) et qꝛ ꝯtraria cōtrariis curantur.ergo tu chriſte.ligatus es.i.ligari voluiſti (vt ſolueres).i.relaxares a vinculis dictis primi noſtri parentis) ꝯplices).i.ſocios ꝯpeccantes (mūdi ruentis).i.declinantis a bono (tergens crimina).i.delens peccata (que mūdus iſte ruens) auxit).i.cumulauit (pluria).i.valde multa.ꝛ hoc (ꝑ probra).i.obprobria.ꝯtumelias.ꝛ improperia que tu paſſus es pro nobis.ꝯtra delectatōnes inordinatas ꝛ gaudia illicita quib; peccata ꝑpetrata erant a mundo. Tunc ibi (Cruci redemptor) Verſus iſte dicit qūo xp̄s affixus erat cruci in ea tradēs ſpūm.cum certis ſignis ſiue miraculis que tunc ꝯtigerūt. Dicens ſic. O (redemptor).i.liberator chriſte.tu (figeris).i.affligeris (cruci).i.ad crucē (ſed tn̄ tu (ꝯcutis).i.ꝯmoues ꝛ tremere facis (omnē terrā) qꝛ fact⁹ erat terre motus.ecce primū ſignū. Et tu (tradis).i.emittis ꝯmendando in manus patris (potentē ſpūm) animā diuine nature vnitā (atq; ſeculū nigreſcit).i.mūdus tenebroſus fiebat. Sol em̄ ꝯpatiebaꝛ ſuo creatori ſicut ꝛ alie creature. Vnd tenebre facte ſunt ab hora ſexta vſq; ad horam nonā.vt habeꝛ in euāgelio.ecce ſecundū ſignum

☞ Tunc ibi (Mox in) In hoc verſu dimiſſis illis que poſt acta ſꝫ cū dn̄o tranſitur ad eundē iam glorificatū cū introductione ſancte trinitatis vt moris eſt. Dicens O (optime rex) chriſte ieſu fili dei (victor) id ē triūphator de inferno ſuperato ꝛ morte (reſplendēs).i.fulgēs iam ꝛ

gloꝛificatus (mox) .i. ſtatim poſt aſcenſionem tuã (in culmine) .i. excelſo habitaculo celoꝝ (paterne gloꝛie) .i. patris (defende) .i. ꝓtege nos (cũ munimine) .i. defenſione ꝛ ꝑſidio (ſpũs) ſancti. Amen

Gloꝛia laus) Hic hymnus ad proceſſionẽ canitᷓ ipſo die palmarum in quo tractatᷓ laus chꝛiſti ieſu. que longius repetitᷓ. primo

Gloꝛia laus et honoꝛ tibi ſit rex
chꝛiſte redemptoꝛ. Cui puerile
decus promſit oſanna pium
Iſrael es tu rex dauidis ꝛ inclita proles. nomine qui in domini rex bene/
dicte venis
Cetus in excelſis te laudat celitus
omnis. Et moꝛtalis homo. ꝛ cuncta
creata ſimul

a pueris hac die oſanna canẽtibꝫ. Deinde a meritis ꝑſonalibꝫ ieſu. Tercio a diuerſis creaturis deſcendendo tandeꝫ ad hebꝛeos ſiue iudeos qui hoc die ſpẽalem dño honoreꝫ exhibuerũt. ꝛ nos ſil'iter facere conamur vt placeamus dño. ſicut et iudei in illo placuerũt eidem. Sic autoꝛ alloquitur chꝛiſtũ. O (rex chꝛiſte) ieſu (redemptoꝛ (noſter (gloꝛia laus ꝛ honoꝛ ſit tibi) reſumẽdo ꝓbuꝫ ſit ad quẽlibꝫ ntm̃ (Cui

ſcꝫ chꝛiſto (puerile decus) .i. pueroꝝ reuerentia tibi occurrentiũ in introitu tuo in iheruſalem (prompſit) id eſt decantauit ſeu promulgauit ꝛ in aperto dixit (pium oſanna) id eſt hoc verbum oſanna plenum pietatis Sonat eñ oſanna idem ꝙ obſecro. ſaluifica. vel ſanctifica ſcilꝫ munduꝫ in quo reperitur ſingulare officium pietatis ꝛ clemẽtie quod pueri a domino optauerunt nobis fieri ☞ Tunc ibi (Iſrael es tu) Laudatur hic chꝛiſtus a meritis ꝓpꝛiis dicens ſic. O (benedicte rex) ieſu chꝛiſte (tu es rex iſrael) ſcꝫ populi iſraelitici (ꝛ inclita proles) id eſt clara ꝛ nobilis (dauidis) ſcꝫ regis. vt parꝫ ibi liber generatõis ꝛc̃. Dauidis legi debet media producta. ita etiam habet menſura verſus. et hoc bene licet. quia propꝛia nomina etiam in mediis ſyllabis ponuntur ad placitum (ꝗ venis) ſcꝫ hodierna die in ciuitatem hieruſalem paſſurus pro nobis miſeris peccatoꝛibus (in nomie domini) id eſt i virtute dei patris ꝛc̃. Uel ſic poteſt exponi (Rex iſrael) id eſt rex populi celeſtis videntis deũ) dauidis) ſcꝫ dei patris (venis) id eſt deſcẽdis ſcꝫ de ſinu dei patris in hũc mundum. miſſus ab eodem patre ad redimendum nos ꝛc̃.

☞ Tunc ibi (Cetus in excelſis (Hic refert autoꝛ quomodo dominus noſter ieſus chꝛiſtus laudatur ab omnibꝫ creaturis. vt per hoc nos inducat et amineat ad laudandum eundem dominũ ieſum xp̃m. Dicẽs (Omnis celicus cetus) id eſt celeſtis turba (laudet te) ſcilicꝫ chꝛiſtũ (in excelſis) id eſt in celis (Et moꝛtalis homo) id eſt coꝛruptibilis ſiue potens moꝛi (et cũcta creata) .i. omnes relique creature (ſimul) id eſt pariter laudant te. Et etiam hoc die cuius rei annua memoꝛia pro nunc in eccleſia celebratur ꝛc̃.

Tunc ibi. Plebs hebrea (hebrea plebs). i. iudaicus populus (venit obuiã). i. in occurſum (tibi) ſcꝫ venienti in ciuitatẽ iheruſalẽ (cũ palmis) et ramis arboꝝ ad honorẽ tuũ ſtratis in via (ecce) nos ſimilit᷑ (aſſumꝰ) id eſt preſentes ſumus (tibi cum prece). i. orõne noſtra (voto). i. deſiderio ꝛ deuotõe. ꝛ (hymnis). i. canticis laudũ. quaſi diceret nos ſimiliter hodierna die te chriſtuꝫ redemptorẽ noſtrũ ꝙ̃tũ in nobis eſt laudare voluimꝰ ꝛ effectualiter laudamus ☞ Tũc ibi Hi tibi (Hi) sᵉ hebrei ſiue iudei (ſoluebãt) reddebant ꝛ exhibebant (tibi paſſuro) ꝗ pati adhuc debebas (munera). i. debita (laudis) ſcꝫ reuerẽtie ꝛ honoris. pari forma (ecce nos pangimꝰ) id eſt decantamus (tibi regnanti (modo in celis (melos). i. dulce canticũ laudis ☞ Tunc ibi (Hi placuere) O (pie rex). i. benigne. et o (clemens rex). i. mitis ꝛ miſericors (cui cũcta bona placent). i. queqꝫ officia laudis bona mente exhibita accepte ſunt (noſtra deuotio). i. ſupplex oꝛatio ſiue famulatꝰ (placeat). i. grata ſit tibi. eo mõ quo (hi). ſ. hebrei (placuere tibi). i. placuerũt ꝑ ſuũ obſequiũ reuerentie quã tibi exhibuerunt. Sunt aũt adhuc multi alij verſus. ſed quia illi non cantantur in eccleſia. ideo ſufficiant iſti pro preſenti

Plebs hebrea tibi cum palmis obuiã venit Cum prece. voto hymnis aſſumus ecce tibi
Hi tibi paſſuro ſoluebãt munera laudis Nos tibi regnanti pangimus ecce melos
Hi placuere tibi placeat deuotio noſtra Rex pie rex clemens cui bona cuncta placent

Salue feſta dies toto venerabilis euo Qua deus infernũ vicit et aſtra tenet

Salue) Iſtud ẽ dictamẽ ſuauiſſimũ. in quo autoꝛ dirigit ſermonẽ ſuũ ad diẽ paſche ſalutans ꝛ recõmendans illum de his que in ea acta ſunt. deducens quomodo omnia terrenaſcentia circa hoc tempꝰ ſanctũ ꝯgratulentur domino reſurgenti in eodem die. quomodo etiam nemora faueant domino triumphanti de inferni victoria frondes ſcꝫ ꝛ gramina ꝓducendo. inſuꝑ laudent dñm meantem ꝛ ambulantem ſupra aſtra creature diuerſe ꝛc̃. Exoꝛditur itaqꝫ ſic. O (feſta dies) id eſt celebris dies paſche (ſalue) id eſt ſis ſalutata (venerabilis) honorabilis ꝛ celebrabilis (toto euo) id eſt ſemper et in perpetuũ. Et ſubdit autoꝛ rationem dicens ſic (Qua) ſcꝫ die (deus) id eſt dominus noſter iheſus chriſtus (vicit) id eſt ſuperauit glorioſe (infernum) id eſt tartarum ipſum ſcꝫ effringendo et patres ſanctos ſecum ex inferno ducendo (et tenet aſtra) id eſt habitat in celis. quia ipſe regnat in celis et dominatur aſtris. vbi nos venire ꝯcedat Amen.

☞ Tūc ibi (Ecce renaſcentis) Ecce gratia mūdi renaſcentis) .i. diſpoſitio bona ꝓductiua terrenaſcentiū iſtius mundi inferioris. qm̄ illa terrenaſcentia poſt frigora quibꝫ perierūt denuo incipiūt pullulare creſcere reuiuiſcere (teſtat̄) teſtimoniū dat. ⁊ oſtendit omnia dona) .i. munera ſua. ſcꝫ gramina folia flores ⁊ fructus (rediſſe) .i. rediiſſe ⁊ reſtituta eē cum ſuo dn̄o) qui ſub pilato ꝓcurantibꝫ iudeis crucifixus mortuꝰ et ſepultꝰ eſt. hac die rediiſſe hoc ē reſurrexiſſe a mortuis perhibetur. Et ita vult autor dicere ꝙ ſicut dominꝰ mortuꝰ hodie reſurrexit. ita ſil'r terrenaſcentia mortua ꝑ hyemem iā videntur renaſci et reſurgere. ⁊ ſic reſurrectioni dn̄ice ꝯgratulari. ſicut magis ſpecifice proſequitur infra.

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mūdi Omnia cum domino dona rediſſe ſuo

Namqꝫ triumphanti poſt triſtia tartara chriſto Undiqꝫ fronde nemus gramina flore fauent

Legibus inferni oppreſſis ſuꝑ aſtra meantem laudant rite deum. lux polus arua fretum

Qui crucifixus erat deus ecce ꝑ omnia regnat. Dantqꝫ cratori cuncta creata precem

☞ Tunc ibi (Namqꝫ triūphanti (Nāqꝫ) ꝓ qꝛ (gramina) herbe ſiue terrenaſcentia (fauent) id ē arrident ⁊ ꝯgaudēt (vndiqꝫ) .i. vbiqꝫ ſiue in omī tp̄e (flore) ſuo quē ꝓducunt. vel flore .i. floribꝫ ponendo ſingulare pro plurali. ⁊ (nemꝰ) .i. ſilua fauet. ita ꝙ hic ſit hypozeugma. qꝛ hoc ꝟbū fauēt in fine poſitū ꝯformat̄ poſteriori nt̄ō ſcꝫ gramina (frōde) .i. frondibꝫ et folijs (chriſto) ieſu (triūphanti (qui mō vt victor triūphat (poſt triſtia tartara) meſta ⁊ deſolata qꝛ iam per dominū noſtrum ihesum chriſtum effracta eſt ⁊ ſuperata. Item nemus locum dicit arboribus multis cōſitū. ⁊ exponi p̄t nemus id eſt arbores intelligendo contentum pro continente per metonomiā.

☞ Tunc ibi (Legibꝫ inferni) Iſte verſus ſeruit magis ꝓ die aſcēſionis domini. Et eſt ſententia talis (lux) id eſt claritas luminariū lucentium ſuper terram. vel id eſt pulcritudo aeris. iam exiſtens (polus) id ē celū ſeu curia celeſtis (arua) campi ⁊ prata (fretū mare ⁊ aque (laudant)) .i. honorant ſuo felici ⁊ leto ſtatu gratulantia (rite) .i. legaliter ⁊ debite (deum) ihesum chriſtū (meantem) id ē ambulantē (ſuper aſtra) id eſt orbes ⁊ loca aſtroꝝ. hoc eſt laudant chriſtum qui iā aſcendit ad celos. et hoc dico (legibꝫ) id eſt iuribꝫ (inferni oppreſſis) id eſt ꝯculcatis et ſuppeditatis ⁊c. ☞ Tunc ibi. Qui crucifixus (ecce deus) et homo. ſ. chriſtus (qui erat crucifixus) id eſt cruci affixus ꝓ nobis (regnat) .i. dominatur iā (per omnia) .i. ſuper oīa (qꝫ) pro et (cūcta creata) .i. omēs creature (dant) dicūt eidē crucifixo (creatori) ſuo (precem) laudem

Eſu ſaluator ſeculi verbū pa
tris altiſſimi: lux lucis inuiſi/
bilis. cuſtos tuorum peruigil

Tu fabricator omnium diſcretor at/
q; temporum. feſſa labore corpora no
ctis quiete recrea

Te deprecamur ſupplices vt nos ab
hoſte liberes. ne valeat ſeducere tuo
redemptos ſanguine

Ut dum graui in corpore breui ma/
nemus tempore: ſic caro noſtra dor/
miat vt mens ſoporem neſciat

Eſu ſaluator) Materia huius hymni eſt oratio ad ieſum vt corpora noſtra laboribꝫ diuturnis fatigata nocturna quiete ve/lit recreare ꝛ ab hoſte dyabolo nos defendere ꝛ liberare. ac ne ita caro dormiat q̄ mens in ſoporem ꝑniciosum incidat. Primi duo verſus legent̄ ſimul. Et ponit plura attributa ieſu laudatiua ꝛ beniuolentie captiua hoc mō. O (Jeſu) chriſte (ſaluator). i. redēptor (ſeculi). i. mūdi (verbum). i. filius (altiſſimi patris) ſcȝ dei. Et iſta generatio difficul̄t capi poteſt. q2 generationem ei⁹ quis enarrabit dicit Iſaias. Itē (lux inuiſibilis lucis) ſcȝ productiua hoc eſt claritatis glorie celeſtis. que videri non poteſt carnalibꝫ oculis. ſed diuinis tm̄ ꝛ glorificatis. Uel (lux). i. filius (inuiſibilis lucis) ſcȝ dei patris qui ſimiliter videri nō p̄t ab oculis carnalibꝫ. Juxta illud. Nō videbit me hō ꝛ viuet. Itē (peruigil cuſtos). i. dili/gens obſeruator ꝛ tutor (tuoꝝ) ſcȝ fidelium ☞ Tunc ibi. Tu fabricator (tu fabricator) id ē creator (omniū) ſcȝ rerum (atq; diſcretor). i. diſtinctor ꝛ diſpoſitor (tem/porū) ꝑ motuȝ celi quē tu ſolus gubernas. tu (recrea). i. refoue ꝛ refocilla (corpora). ſ. noſtra (feſſa). i. fatigata (labore) ſcȝ diurno (quiete noctis) id eſt per dormitōem nocturnā. vt ſcȝ ſpūs depreſſi in nobis vigilanti/bus ꝑ labores reparent̄ ꝛ reſtaurent̄ per ſomnū ☞ Tunc ibi (Te deprecamur) Iſta eſt principalis depcatio in hoc hymno. nos ſupplices) deuoti tui (deprecamur) id eſt rogamus te. Et ſic illa prepoſitio de auget aliqñ ꝛ qñq; diminuit. vt apud Ouidiū. Sepe precor mortē mor/tē quoq; deprecor idem. id ē minime precor. imo vt mors nō veniat precor (vt liberes nos ab hoſte). i. dyabolo (ne). i. vt non ipſe (valeat). i. poſſit aut ſufficiat (ſeducere). i. defraudare ꝛ illaqueare (redēptos). ſ. nos (tuo ſanguine) effuſo pro nobis tempore paſſionis tue. Etiā in finē q̄ ſequitur ordinatur dicta deprecatio ☞ Tūc ibi. Ut dum (vt dum id eſt q̄ȝdiu donec (manemus) ſumus ꝛ perſeueramus (breui tēꝑe) quo hic viuimus (Tempus em̄ vite noſtre breue dicitur ꝯparatiue ad vitā celeſtem. quia mille anni non ſunt momentū reſpectu vite celeſtis. vt dicit pſalmiſta. Quoniā mille anni ante oculos tuos tanq̄ȝ dies heſterna que periit. ꝛ vix poteſt homo hodie centum attingere. quia in potentatu

tibus.id eſt in bene cõplexionatis octoginta anni ſunt.et amplius eorũ vita eſt labor ⁊ dolor(in graui corpore)quod mole carnis ſubiectũ multis paſſionib⁹ ⁊ miſerijs grauatũ redditur et impotens ad reſiſtendum hoſti dyabolo et torpidũ ad ſeruiendum deo. Et hoc tangit phs ꝑmo metaphiſice dicens ꝙ humana natura multipliciter eſt ancilla. vel(corpore graui)grauato mole criminum. Et ergo ne ſuccũbamus qualitercũ ꝗ vel ĩ miſerijs vel in criminib⁹(caro noſtra)ſenſualitas(dormiat)id eſt quieſcat viuat ⁊ gerat ſe (ſic vt) ꝙ (mens ).i. rõ noſtra ſiue ſpirius ( neſciat ſoporez).i.pigriciã inordinatam ſomni.ex q̃ redditur ipſa imbecillis

Verbum patris principium.proles beata:celitus (narrare quem nemo valet) dimiſſus terris apparet Homo videris deitas manẽs quod apud patrem eras.omnipotẽs inſpiceris.et cerneris hic mortalis

ad operandũ bona ⁊ leuandum ſe a ſordibus peccatoꝝ .quinymo peruigil cuſtos ieſus chriſtus ſic carnem noſtram dormire permittat. vt anima nihilomin⁹ agilis ⁊ vigilans permaneat ad ſibi ſeruienduz. ⁊ hoſti maligno fortiter per fugam peccatorum reſiſtendum.

Verbũ patris )Hymnus iſte in natiuitate dñi certis in locis canitur ad laudes. Cui⁹ materia eſt. ꝙ deus fili⁹ a celo dimiſſus mõ in terris apparuit hõ factus ⁊ mortalis.manens nihilominus deus ſicut erat apud patrẽ ꝑus ꝗ̃ ab illo in terris mitteretᷣ. Dicit ergo ſic( ꝟbũ patris).i.fili⁹ dei(principiũ)vt in euãgelio dr. Principiũ q̇ ⁊ loquor vobis.⁊(beata proles)ſcʒ marie ꝟginis. Et ſic tãgitᷣ hic duplex generatio.ſcʒ diuina.qꝛ filius dei patris.⁊ humana.qꝛ proles beate marie(quẽ)sᶜ chriſtũ dei filiũ.⁊ ſic eſt relatio ad rem( nemo valet narrare).i.plene exprimere.ↄprehendere vel ſatis laudare( dimiſſus celitus) id eſt emiſſus de celo a deo patre(apparet)id eſt nat⁹ eſt in(terris)de q̃ gaudium venit vniuerſo mundo ☞ Tunc ibi(Homo videris) Apoſtrophat autor ad deum filium dicens. O (deitas ).i.deus fili.ponẽdo abſtractũ pro ↄcreto(tu videris)id ẽ es factus(hõ)ſcʒ ꝓpter nos hoĩes ⁊ noſtrã ſalutẽ. Iſta dictio videris hic veritatẽ dicit ⁊ nõ apparentiã(manẽs )tñ id(qđ eras apud patrẽ).i. manens deus ſicut fuiſti ab eterno apud patrẽ anteꝗ̃ deſcenderes noſtri cã in hunc mundũ.⁊ tu(inſpiceris)a beatis lumine glorie(oĩnipotens).i.oĩa potens. qui ſcʒ in celis tui vultus viſione fruũtur. Vel tu (inſpiceris)a fidelib⁹ tuis lumĩe fidei(oĩpotens)rõne deitatis.que ad extra nõ apparuit (⁊ cerneris).i. videris lumĩe oculoꝝ carnaliũ(hic).i.in terris( mortalis)id eſt potens mori rõe humanitatis aſſumpte.in qua tu corporaliter viſus es cũ hominibus ↄuerſari ⁊ vna cum eis miſerias dolores penas ⁊ labores huius mundi ſuſtineres pati.vt fragilitatem humanã agnoſcens et expertus facilior eſſes ⁊ benignior ad miſerendũ hominũ imbecillitati atꝗ; ad eorum crimina miſericorditer indulgendum

☞ Tūc ibi (In mariam vite viam) Iſte hymnus eſt de viſitatōe beate marie virginis. et eſt materia ſumpta de euangelio illo. Exurgēs autem maria. Luce primo. cum extenſione aliqua iuxta merita ⁊ qualitates beate marie viſitantis ⁊ elyſabeth viſitate. ꝓut patebit ꝑ ſingulos verſus. et in vltimo verſu fit oratio ad mariam viſitantez. Pro introductiōe ſciendum eſt ꝙ angelus gabriel in annūciatione ad beatam mariā virginem ſignificauit eidem elyſabeth cognatā ſuam ſterilem impregnatam eſſe in ſexto menſe ⁊ ex illo mota ſtatim poſtq̄ꝫ maria ꝯſenſum dedit ꝯcepit abijt ad viſitandum elyſabeth p̄dictam vt habetur Luce primo Unde viſitatio iſta ſtatim ſecuta eſt annūciationem. quare ab annunciatione repetenda principium facit autor in hoc hymno dicens.

In mariam vite viam matrē veram viuentium. pie venit qui redemit peccata delinquentium
Greſſum cepit dum concepit maria multum properans. viſitauit confortauit elyſabeth compatiens
Salutatur inflammatur elyſabeth ⁊ filius. inaudita fiunt ita de dono ſancti ſpiritus

Ille (qui redemit) id eſt deleuit (peccata delinquentiū) id eſt peccantium hominū ſua morte n ligno crucis (venit) id eſt intrauit ſcꝫ cooperatiōe ſpiritusſancti (pie) id eſt de ſua pietate ⁊ gratuita ac voluntaria bonitate (in mariam) ſcꝫ virginem (viā vite) que ſcꝫ maria eſt via vite. quia mors intrauit in hunc mundū per euam. ⁊ vita ſcꝫ iheſus chriſtus intrauit mūdum per mariam (veram matrem viuentiuꝫ) ſcꝫ hominū. quibus ad ſe ꝯfugientibus pia mater. alitrix. adiutrix. ⁊ protectrix eſt. Poſt autem iſtum aduentum filij dei in beatam mariā factuꝫ eſt vt ſequitur ☞ Tunc ibi. Greſſum cepit (maria dum) id eſt poſtq̄ꝫ (concepit) id eſt in vtero recepit filium dei. ex tunc (cepit greſſum) id eſt incepit iter. Et ſic cepit venit a cepi verbo defectiuo. vel (cepit) id ē arripuit. ⁊ ſic venit ab hoc verbo capio. Cepi defectiuū cū oe dyptho͞go ſcribitur. cepi aūt a capio non. ſed ſm̄ aliquos per ae (properās multum) id eſt valde feſtinans. quia cum feſtinatione vt dicit euāgeliū Luce primo (viſitauit) et (confortauit elyſabeth) ſcꝫ cognatam ſuam (compatiens) id eſt compatientiam habens ſcꝫ ſuꝑ laboribꝫ impregnatōnis

☞ Tunc ibi (Salutatur inflammatur (Elyſabeth ſalutatur) ſcꝫ a beata maria (et filiꝰ). ſ. iohannes clauſus in vtero elyſabeth (inflāmatur) quia exultauit infans ⁊c̄. vel etiam (inflammatur) quia per preſentiam domini in vtero beate marie ſanctificatur. et ſic (inaudita) id eſt ea que prius non ſunt audita (fiunt ita). i. taliter (de dono). i. gratia (ſancti ſpūs) videlicet ꝙ beata virgo maria ꝯceperit. ⁊ etiā ꝙ elyſabeth ſterilis ꝯceperit atq̄ꝫ impregnata fuerit. et ꝙ infans ſic exultauerit ad p̄ſentiam domini ſui. Iſta inaudita proſequitur verſus ſequens

☞ Tunc ibi. Impregnata Elyſabeth (ſterilis olim) .i. pus non fru/ ctifera ꝓpter nimiam ſenectutē Olim tempus preteritū dicit. inuenitur tñ ꝓ futuro Uirgiliꝰ Forſan ⁊ hec olim meminiſſe iuuabit Et pro pñti Uirgilius At iam olim ſectas poſuit cū vinea frondes (impregnata) .i. feta ⁊ in vtero hñs effecta. ⁊ (grauidata) .i. grauida facta (fit mater) ſcꝫ

Impregnata grauidata fit mater
olim ſterilis. infans datus nonduꝫ na
tus exultat criſto iubilans.
Seruit maior. gaudet minor. maria
fert ſolatium viſitatis preparatis ad
ſpiritum propheticum.
Precurſorem ⁊ doctorem maria ma/
nu indicat. qui rectorem purgatorem
digito mundi nunciat
Leua gregem. duc ad regem. maria
cunctos viſitans. vt ſaluetur ⁊ letetur
cum tu ſis mater medians

Iohānis baptiſte. ⁊ hoc eſt vnum inauditū (In/ fans datus) a deo cōtra naturalē ꝯditionē tpis quia in ſenectute (natus nondū) .i. adhuc non (ex ultat) geſtu ⁊ motu ſuo quē facit pñte dño (iubi lat xpo) filio dei ſilr exñti in vtero ac nondū nato. ⁊ hoc eſt aliud inauditū de quo meminit verſus precedens Tunc ibi Seruit maior Iſte ver ſus tangit quomodo ſe habuerit beata ꝟgo tpe medio quo fuit cum eli/ zabeth. ⁊ dr ſic (maior) ſcꝫ maria mater dñi (ſer uit) elizabeth ⁊ zacharie iam grandeuis (minor) ſcꝫ elyzabeth (gaudet) de aduentu domine ſue. ⁊ ſic (maria fert ſolatiū) .i. dat ꝯſolationē (viſitatis) ſcꝫ elyzabeth ⁊ zacharie. ⁊ (prepatis) .i. diſpoſitis (ad ſpiritū ꝓpheticū) quia elyzabeth repleta ſpiritu ſancto ꝓphetauit dicens Benedicta tu inter mulieres ⁊c. Et za/ charias depoſt nato filio iohāne ſilr repletus ſpiritu ſancto ꝓphetauit dicens. Benedictus dominus deus iſrahel ⁊c. Tunc ibi Precurſorem (Maria indicat) .i. monſtrat (manu) ſua (precurſorem ⁊ doctorē) ſcꝫ io/ hannem adhuc in vtero manentē. qui fuit precurſor dñi qꝛ fuit vox clamātis in deſerto ⁊c. ⁊ docebat baptiſmū penitentie. Qꝫ aūt maria ſic pueruꝫ manu ſua monſtrauerat euāgeliſta non dicit. ſed pie credi ⁊ elici poteſt ex circūſtantiis (qui) precurſor ⁊ doctor iohānes baptiſta (nunciat) oſtēdit ⁊ monſtrat (digito) ſuo (rectorem ⁊ purgatorē mundi. ſcꝫ dñm ihm xpm dicens Ecce agnus dei ⁊c. vt habetur Iohānis pmo Tūc ibi Leua gregem ⁊c. Aliqui libri hñt mina gregem .i. age Differunt minare ⁊ mi/ nari. qꝛ minare eſt agere gregem. ſed minari eſt minas inferre. hoc dtm regit. illud vero accīn. In hoc ꝟſu fit orō hoc modo O maria viſitans cun/ ctos. hoies in ſuis tribulationibus ⁊ anguſtiis (leua) .i. erige recrea excita vel iuua (gregem) .i. populū tuum Grex ꝓprie eſt multitudo puorum animalium videlicet ouiū ⁊ capraꝝ Armentū ꝓprie eſt maioꝝ aīmaliū puta

boū ꝛ ſimiliū. hic gregem tranſſumptiue ſumitur (duc ad regez) ihesum xp̄m filium tuum (vt ſaluetur ꝛ letetur) grex tuus vel deuoti famuli tui. Rōnem ſubdit (cum). i. quia (tu ſis mater medians). i. mediatrix inter deum ꝛ hoīem. quare merito id facies ex officio ſuo

En gratulemur. Ad honorē ſancti martini epi dicitur hic hymnus In q̄ autor hortaṫ nos ad congaudendū de feſtiuitate diei p̄ntis implorans auxiliū diuinū ꝛ petens ab illo quietez tempoꝝ. que vtriqꝫ req̄rit ad leticiā. vn̄ anim⁹ gaudens etatē facit floridam. ꝛ ſp̄us triſtis exſiccat oſſa. Et debem⁹ ac ſolemus nos ꝯformare tēpori. Tpe em̄ triſti ꝛ inquieto difficile eſt cuiq̄ gaudere. q̄ ꝛc̄. Dein̄ ibi. Martinus aūt vſqꝫ in finē orat autor ad dominū. vt beatus martinus poſſit nobis eſſe preſidio in diuerſis ꝑiculis. que per ſingulos verſus noīantur. Dicit primo ſic (En). i. ecce nos (gratulemur). i. letemur (ſpiritu) in animo ꝛ ſpiritualiter (colentes). i. agentes (debita voti). i. deſiderij noſtri. videlicet (hec feſta) que deſideramus feſtiue ꝑagere (que) feſta (martinus) ep̄s (ornat ſolemnib⁹ gaudijs). i. annuis ꝛ celebrib⁹ leticijs Et vt hoc votum ꝛ deſideriū noſtrū debite ꝯpleatur Tunc ibi Tu ſupple xp̄e O (chriſte tu ſupple) id (quod noſtra vis languens). i. infirma ꝛ debilis (minus efficit). i. efficere nō valet. Hoc eſt tu xp̄e ſuppleas noſtrū impfectū. vt eo potentius poſſimus hodie letari ꝛ gaudere Effi‐cere. i. ad finem vſqꝫ facere. ſiue ꝑficere Et (tu da nobis quietos dies). i. tranquillos ꝛ pacificos (preſentiū tempoꝝ) vt eo inclinatiores ſimus ex tpe ad gaudendū in hoc feſto. q2 tp̄s preſtat altera ꝛ altera ſapere. ꝛ tp̄s facit hoīem aliter ꝛ aliter ſe habere Tunc ibi Martinus aūt. Hic incipit autor orare dn̄m. vt btūs martinus nobis ſit auxilio Et primo ꝯtra demones. dicens (Autē), ꝓ ſed. o xp̄e (fac vt martinus ſit preuius). i. preceſſor noſter in (omnib⁹ horis) ſemꝑ (ne) pro nō (vt pes noſter impact⁹) . i. nō bene ꝯpoſitus vel nō firmiter ſtans (nō ruat). i. non cadat (fallacia) . i. per fallaciā (demonū) Hic eſt ſynodoche. q2 pars ſcꝫ pes poniṫ pro toto homine. ꝛ alio noīe vocaṫ intellectio Hoc eſt. ne nos decipiamur fallacia demonum Impactus. i. non pactus nomen fit ratione compoſitionis

En gratulemur ſpiritu voti colentes debita hec feſta. que ſolemnibus martinus ornat gaudijs
Tu ſupple chriſte quod min⁹ vis noſtra languens efficit. tu da quietos tēporum nobis dies preſentium
Martinus autē preuius fac vt ſit horis omnibus. ne demonum fallacia pes noſter im pactus ruat
Hic arma nobis celica inſtante pugnat conferat. hoc preliante cominus hoſtis fugetur noxius

Jmpingo em̃ in ea ſignificatõe non dꝛ Tunc ibi Hic arma nobis Ex alia metaphora ad idem tendit iſte ꝟſus ſic ꝑcedens. vñ (Hic) martinus (ↄferat nobis celica arma) ſcꝫ bona opa (pugna) noſtra (inſtãte).i. immi-nente (noxius hoſtis).i. dyabolus hoſtis noſter antiquus (fugetur).i. ex-pellatur (hoc) martino (preliante).i. pugnãte (cominus).i. ꝓpe nos ⁊ no-

Hic nos per vndas ſeculi claua gu-bernet proſpera. ne forte noſtrã ſpu-mea puppim caribdis ſorbeat Hic nos triũpho nobiles ⁊ laureatos mi-ſtice aptet tuis conſpectibus iunctos ſupernis ciuibus. Amen

Otiua cũctis orbita lucis tri-umphans gratia. qua ſcandit aſtra vernula maria xp̃i fulgida

biſcũ Vel pt poni comi-nus pro eminus.i. ꝓcul. ⁊ tũc determinabit hoc ꝟbum fugetur. Tũc ibi. Hic nos Hic petit autor auxiliũ beati mar-tini ↄtra mundũ ex me-taphora nauigationis h̃ modo. ſcꝫ (Hic) mar-tinus (gubernet nos ꝑ vndas).i. ꝑ aquas. hoc eſt ꝑ oblectationes qui-bus mergimur (ſeculi).i. mũdi (proſpera claua) Claua eſt ꝓprie inſtru-mentum in fine plumba-tum. quo feritur pila. hic aũt ponit̃ pro fuſte quo dirigitur gubernaculum nauis. qđ potius ꝑ clauum ſignificat̃. vñ Virgi-lius Clauũqꝫ ad littora torquent Et ita (claua ꝓſpera).i. proſpere diri-gente in portũ (ne forte ſpumea caribdis).i. ſpumã multã in mari gene-rans (ſorbeat).i. ↄſumat vel demergat (noſtrã puppim).i. nauim Carib dis eſt periculũ maris. qđ fit ex fluctuũ ↄcurſu. vñ colliduntᷓ ⁊ abſorbẽtur queqꝫ intercepta. vñ Ouidius Et vomit epotas dira caribdis aquas. ⁊ ſcribitur ſcḋm aliquos ꝑ ch. ⁊ ꝑ y grecũ in penultima Tũc ibi Hic nos (hic) martinus (aptet).i. aptos ⁊ dignos faciat (tuis ↄſpectibꝫ).i. aſpecti-bus (nos) hoĩes (nobiles).i. claros (triũpho).i. victoria aduerſariorum nr̃oꝝ.ſ. carnis mđi ⁊ demonis (⁊ laureatos).i. laurea ornatos (miſtice).ſ. ex bonis opibꝫ noſtrꝭ (iunctos ſupnis ciuibꝫ).i. celeſtibꝫ. qđ eſt vltima nr̃a felicitas. Jtem triumphus eſt honor maximus. qui dari ſolet ducibꝫ ro-manis cũ victoria redeũtibꝫ. ſed hic ꝓ ipſa victoria ponit̃ Laurea dꝛ coro-na qua poete coronabant̃ apollini ſacrata. hic ꝑo pro quacũqꝫ corona ſiue premio ꝟtutis ponitur. Nobilis dꝛ clarus quaſi notus fulgore q̃dam vir-tutum. vñꝰ Nobilis eſt ille quẽ nobilitat ſua ꝟtus Et ad dignitatẽ ge-neris infđũ refert̃. vñ Saluſtiꝰ in Catilinario Nobili genere natꝰ fuit.

Otiua cũctis. Hymnus iſte de btã maria magdalena canit̃ Ma-teria eſt oſtendere ſanctitatẽ qua maria magdalena triũphauit de h̃ mũdo ⁊ celũ poſſidet. cũ orõne ad eandem. ibi Te queſumus ⁊ glorifica-tione ſcẽ trinitatis. ibi Regi celoꝝ. Jncipit autor a die tranſitꝰ marie ex hoc mundo in celũ. illam laudare hoc mõ (Orbita).i. reuolutio (lucis).i. diei eſt (votiua).i. deſiderabilis (cunctis) hominibꝫ. in (qua) ſpᵉ die

(maria) magdalena (fulgida ꝓnula xp̄i).i.famula fidelis ⁊ dilecta (ſcan dit aſtra).i.celos (triumphans).i.triũphum hñs ex (gratia).i.ex ſpeciali dono ſanctitatis ſue a dño ſibi ꝯceſſe.qre meruit in celis coronari ⁊ cũ triumpho recipi Item orbita ſignificat rotam vel viam rote. Inde exorbitare.i.a via recedere ⁊ errare.hic aũt pro reuolutiõe ponit̃ De triumpho patet in hymno precedenti

Calcans beata luridam ſeculi ruentis machinam.ardore ſancti ſpiritus ignes ſubegit lubricos.

Hec ſacras iheſu lachrymis plantas rigauit ĩtimis.terſit capillis oſculãs vite tenebras expians

Te queſumus gratiſſimam nobis de paſce veniã. celeſtꝭ aule tinnulis quo perfruamur organis

Verna.i.famul⁹ vel famula. Inde vernaculus Vernacula verba dicũtur que nõ ſunt greca.ſꝫ nobis ex latino familiaria Tũc ibi Calcans beata. Narrat ſanctitatem marie magdalene.⁊ in qua illa ſteterit. vñ (beata) maria (calcãs) ſub pedibꝫ terens (luridam machinã).i.fetidã ⁊ immundã vel ſqualidã fabricam.diſpõnem vel at tractionẽ.vel melius periculoſam ꝯuerſationeꝫ (ſeculi ruentis).i.mũdi trãſeuntis ⁊ ꝑeuntis.qui nos ſuis oblectamẽtis allicit.⁊ vna cũ ipſo in interitũ vadit (ſubegit).i.ſubiugauit.ſuppreſſit.⁊ extinxit (lubricos ignes).i.malas ꝯcupiſcentias (ardore).i.igne gratie (ſancti ſpũs) quo erat repleta ⁊ ꝯfortata ad reſiſtendũ carnis ꝯcupiſcentijs ⁊ mundi delectationibus illicitis Luridus.i.ſqualidus ſiue marcidus ⁊ tabidus Differũt labilis ⁊ lubricus.vñ⁹ Labilis eſt fluuius dicatur lubricus anguis. qꝛ cadit dũ tenetur Tunc ibi. Hec ſacras Hic ponit autor obſequiũ illud qđ fecit maria dño iheſu.vnde obtinuit ſuoꝝ pctõꝝ indulgentiã (Hec) maria (rigauit).i.humectauit vel lauit (ſacras plantas).i.ſanctos pedes (iheſu.intimis lachrymis).i.ex intimis precordijs venientibꝫ ⁊ effuſis.et (terſit).i.exſiccauit (capillis) capitis ſui (oſculans) eaſdem plantas ⁊ per hoc (expians).i.expurgans in ſeipſa (tenebras vite).i.peccata.quibꝫ multipl'r erat grauata Hyſtoria habetur in euangelio Rogabat ihm.⁊c̃. Luce.vij. Plante dicunt̃ arbores ſeminate ſiue primũ ſate vel noue herbe ad transferendũ apte.hic aũt pro pedibꝫ ponũtur Tũc ibi. Te q̃ſumus Hic facit autor orõnem ad mariam magdalenã dicens Nos (que ſumus).i.rogamus (te gratiſſimã).i.acceptiſſimã nobis (depoſce).i.vt depoſcas (nobis veniã).i.amicitiã dei ac gratiam.vel veniã.i.remiſſionẽ peccatorum noſtrorũ (quo).i.vt (ꝑfruamur tinnulis organis).i.ſonoris inſtrumentis muſicis (celeſtis aule).i.regni celoꝝ. Item tinnio is ere ẽ verbum fictum a ſono.vt es aut cymbalũ tinniens dicitur. Inde tinnulus a um adiectiuum.i.tali modo ſonum faciens Et tintinnabulum.i.parua nola vel campanula tinniens de ere vel ſtanno facta

Regi celorum gloria eiuſqȝ ſoli filio. cum ſpiritu paraclito in ſempiterna ſecula Amen

A martyris laurētij armata pugnauit fides. nā morte mortem diruit. ac ſemet impendit ſibi

Fore hoc ſacerdos dixerat iam ſixt⁹ affixus cruci. laurentium flentem videns crucis ſub ipſo ſtipite

Deſiſte deceſſu meo fletum dolenter fundere. precedo frater tu quoqȝ poſt hoc ſequeris triduum

☞ Tunc ibi (Regi celoꝝ) Hic glorificaꝛ beata trinitas (gloria) id ē honor ſit (regi celoruꝫ) ſcȝ deo patri (eiuſqȝ ſoli filio). i. vnico ieſu chriſto (cū ſpū paraclito in ſempiterna ſecula) id eſt ſemper Amen.

A martyris) Ad diem ſancti Laurentij ſpectat ille hymnus cui⁹ materia ē ꝙ beatus laurencius fide armatus mortē eternā morte ſua tꝑali ſuperauit cui voluntarie ſeſe impendit. Quā etiā mortē futurā eidem ſixtus papa cruci affixus predixit ſub forma verboruꝫ que hic poniꝛ. ibi (Deſiſte) et ita vt predixerat ſixt⁹ euenit beato laurētio vt ſequiꝛ in littera. Finaliꝛ addi ſolet verſus cōis de glorificatōe ſancte trinitatis. Primus verſus ſic cōſtruiꝛ (En). i. ecce (fides armata). i. bene radicata ꝛ ꝯfirmata ꝑ gratiam dei (laurentij martyris). i. teſtis xp̄i ꝑ paſſionē ſuā (pugnauit) ſcȝ ꝯtra hereticā prauitatē et per talem pugnam fecit qđ ſequiꝛ (nā) ꝓ quia (diruit). i. deſtruxit ꝛ ſuꝑauit (mortē) eternā (morte) ſua tꝑali (ac impēdit). i. volūtarie dedit (ſibi) ſcȝ morti tꝑali (ſemet). i. ſemetipm̄. Impendere tercie ꝯiugatōis. ē dare. offerre. vel ad expenſas agendas imponere. Inde impenſa. i. talis ꝯtributio. Sȝ impendere ſcđe ꝯiugatōnis eſt imminere ꝛ ꝓpe pendere quaſi ſtatim caſurū. ita gladius impendet capiti. ita īpendēt pericula. i. iminēt ☞ Tūc ibi (Fore hoc (Sixtus ſacerdos) papa q̄ laurentiū ſibi in miniſtrū ꝛ leuitā aſſociauit (affixus iam cruci. dixerat hoc fore). i. futurū eſſe. vt ſcȝ etiam pateretꝛ mortē (vidēs laurentiū flentem ſub ip̄o ſtipite crucis) qđ erat ſignū excellentis inter ſe mutui amoris. Unde cū beatus ſixtus duceretꝛ ad crucē beat⁹ laurēti⁹ dixit. Quo ꝓgrederis ſine filio pater. q̊ ſacerdos ſancte ſine miniſtro ꝛc̄ Tunc reſpondit beatus ſixtus. Non ego te deſero fili ſed maiora tibi debenꝛ ꝓ fide chriſti certamina ꝛc̄. poſt triduū me ſeq̄ris ſacerdotē leuita

☞ Tūc ibi (Deſiſte) Verba ſixti ſunt. O (frater) laurenti. Fratres dicunꝛ qui de vno collegio ſunt. ita laurentius frater ſixti fuit. qꝛ eidem aſſociatus fuit ad curā dn̄ici gregis (deſiſte). i. ceſſa (fundere fletū) lachrymas (dolēter) cū triſticia. ſuꝑ vel de (meo deceſſu). i. morte ſeu migratōne ab hac luce. Itē differūt diſcedere ꝛ decedere. Nā diſcedere eſt a loco recedere. ſed decedere. i. mori. licet etiā diſcedere inueniaꝛ ꝓ mori.

et hoc impꝛopꝛie. ego (pꝛecedo) id eſt pꝛius patioꝛ moꝛtem (tu quoqꝫ ſequeris) ſcꝫ in futuro (poſt hoc triduũ) id eſt poſt hos tres dies. Interim beatus laurentius diſpenſauit de theſauris eccleſie quos ſixtus eidem cõmiſerat diſpenſandos. Triduum biduum quadriduum decendiũ ⁊c̃ cum numero dies dicũt

Extrema vox epiſcopi pꝛenunciatrix gloꝛie. nihil fefellit. nam dies pꝛedicta palmam pꝛeſtitit

Aſcendat vſqꝫ ſidera celiqꝫ pulſet intima vox. atqꝫ cantꝰ omnium te deum collaudantium

Adeſt nanqꝫ feſtiuitas et dies venerabilis. in qua celum pꝛo meritis laurentius ingreſſus eſt

☞ Tunc ibi (Extrema vox) Et pꝛedicta (extrema vox) id eſt vltimum verbum (epiſcopi ſcꝫ ſixti pape. ſupple deſiſte ⁊c̃ (pꝛenunciatrix) id eſt pꝛedictrix (glorie) id eſt pꝛemij celeſtis (nihil fefellit) id eſt mentita eſt (nam pro quia (pꝛedicta dies) ſcꝫ que erat poſt triduum (pꝛeſtitit palmam) id eſt dedit victoriam. Tunc etiã laurentius ↄpꝛehendebatur ⁊ agebatur cuꝫ eo vt in hiſtoꝛia clarius habetur. Palma ſepe ponitur ꝓ manu. Inde palmula. id eſt extrema pars remi. quia ad modum palme ſine manus humane foꝛmata eſt. ⁊ ꝓ ipſo remo ponitur. Palma etiam dicitur ramus ſiue arboꝛ quedã. qua victoꝛes ſolent honoꝛari. et inde eſt ꝙ pro victoꝛia ponitur. Ille verſus aũt Deo patri ⁊c̃ ↄmunis eſt. ⁊ ergo nõ ponitur hic.

